*diffensionis Deus, sed pacis, Paul. Epist. 1. ad Corinth. c. 14. v. 33. 3. Hanc unitatem constituit, & conservat unum visibile Caput enascentia dubia in doctrina fidei resolvens, falsa dogmata proscribens, vera definiens; Ut jam non simus parvuli fluctuantes, & circumjeramus omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. ad Ephesios c. 4. v. 14.*

**II. EST SANCTA.** (*a d*) Hæc Sanctitas est 1. a Christo: *Qui dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret.* 2. Constituitur per fidem & Sacramenta: de Sacramentis enim ac de baptismo præsertim intelligendus est Paulus, dum ait: *Mundans eam lavacro aquæ, in verbo vite.* Ad Ephesios c. 5. v. 25. 26. Tandem 3. conservatur a Spiritu S. ita gubernante Ecclesiam, ut omni tempore futuri sint in Ecclesia vera Sancti, Evangelica consilia sequentes, quorum sanctitatem etiam miracula testantur. *Signa eos, qui crediderint, hæc sequentur: in nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis &c.* Marci c. 16. v. 17.



in einem Glauben, und einer Glaubenslehre, welche überall und allzeit die nämliche ist. Es ist nur ein Herr, ein Glaub, eine Taufe, nur ein Gott und Vater aller. Ebendort am 5. Vers. Denn Gott ist nicht ein Gott der Uneinigkeit, sondern des Friedens. Paul. 1. Corinth. am 14, 33. (3) Macht diese Einigkeit aus, und erhält sie das sichtbare Haupt, welches die in der Glaubenslehre entstandenen Zweifel aufsetzt, die falschen Sätze verbannet, und die wahren bestimmet: Auf daß wir nimmer wandfende Kinder seyn, noch uns durch einen jeden Wind der Lehre von arglistigen Leuten herumtreiben lassen, die uns mit Irthümern betrüglich zu hintergehen suchen. Zu den Ephesern am 4, 14.

II. Ist die Kirche heilig. (ad) Diese Heiligkeit kömmt (1) von Christo: der die Kirche geliebt, und sich selbst für sie dargegeben hat, auf daß er sie heiligte. (2) Von dem Glauben und den Sacramenten; denn von den Sacramenten, und von der Taufe besonders sind die Worte Pauli an die Ephes. 5, 26. zu verstehen: Er hat sie gereinigt durch das Wasserbad, und das Wort des Lebens. (3) Endlich wird sie erhalten von dem heiligen Geiste, welcher die Kirche also regieret, daß allzeit in der wahren Kirche Heilige gewesen sind, und seyn werden, welche den evangelischen Råthen Folge leisten, und von derer Heiligkeit auch die Wunderwerke zeugen, gemäß dem Versprechen Christi: An denen, welche glauben, wird man diese Zeichen wahrnehmen: sie werden in meinem Namen Teufel austreiben, und neue Sprachen reden u. s. w. Marc. am 16, 17.

**III. EST CATHOLICA, (ae)** 1. Quia per totum orbem diffusa: *Euntes in mundum universum predicate Evangelium omni creaturae.* Ibidem v. 15. & Paulus Epist. ad Romanos c. 1. v. 8. ait: *Fides vestra (Romano-Catholica) annuntiatur in universo mundo.* 2. Quia omni tempore usque ad finem mundi continuo durat: *Ædificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prævalebunt adversus eam* Matth. c. 16. v. 18. Rationem dat Christus Matth. c. 28. v. 20. ubi perpetuum Ecclesiæ subsidium adpromittit; *Eccce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.*

**IV. COMMUNIO Sanctorum** consistit in tribus.

1. Quod viventes pro viventibus orare possint.
2. Quod Sancti in cælo pro viventibus; de quo in capite tertio agetur.
3. Quod nos pro defunctis in purgatorio detentis orare cum fructu possimus. (af) *Sancta ergo & salubris cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis, solvantur.* L. 2. Machabæorum c. 12. v. 46.

**EXEMPLUM.** de Juda Machabæo offerente *duodecim millia drachmarum argenti in Sacrificium pro peccatis mortuorum.* ibid. v. 43.

15. *Quid porro decimus: Remissionem peccatorum?*

Offert præsentem Dei gratiam peccatoribus omnibus (ag); ne quis de venia peccatorum suorum consequenda unquam desperet, (ah) modo in Ecclesia perseveret Catho-

## Auszug christlicher Lehre.

III. Ist die Kirche allgemein, (1) weil sie durch die ganze Welt ausgebreitet ist. (a e) Gehet hin in alle Welt, und verkündet das Evangelium allen Geschöpfen, Marc. am 16, 15. Und Paulus schreibt schon von seinen Zeiten an die Römer am 1, 8. Man verkündet euren Glauben den römisch - Catholischen) in der ganzen Welt. (2) Weil die Kirche allezeit bis ans End der Welt ohne Unterlaß währet. Ich will meine Kirche bauen, und die Pforten der Hölle werden wider sie nichts vermögen. Matth. am 16, 18. Der Grund dieser ihrer unerschütterlichen Dauer ist der beständige Beystand Christi, den er der Kirche versprach, Matth. am 28, 20. Sehet! ich bin bey euch alle Tage, bis an der Welt Ende.

IV. Die Gemeinschaft der Heiligen bestehet in 3 Stücken. 1. Darinn, daß Lebende für Lebende bethen können. 2. Daß die Heiligen im Himmel für die Lebenden; wovon im 3. Hauptstücke ein mehrers. 3. Daß wir für die Verstorbenen, die im Fegefeuer sind, mit Nutzen bethen können. (a f) Es ist ein heiliger und nützlicher Gedanken für die Verstorbenen bethen, auf daß ihnen die Sünden vergeben werden. 2. Buch der Machabäer am 12, 46.

Exempel: Judas der Machabäer opferte zwölf tausend Drachmen Silber zum Opfer für die Sünden der Verstorbenen, ebenda am 12, 43.

15. Was sagt ferner der Zehente:

Nachlaß der Sünden?

Er biethet allen Sündern die bereitstehende Gnade Gottes an (a g), auf daß kein Mensch jemal verzweifle, Nachlaß seiner Sünden zu erhalten (a h), wenn er nur

tholica, & rite ejusdem Sacramentis utatur (ai).

**Tria credenda sunt:** I. Quod omnes peccatores habeant gratiam vel proxime vel remote sufficientem ad se convertendos. (ag) *Christus enim est lux vera, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Joan. c. 1. v. 9. *Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* Epist. 1. Joan. c. 2. v. 2. II. Quod nullum peccatum sit irremissibile ut Novatianus H. H. docebant. Etsi enim quandoque dicitur, impossibile esse (nempe moraliter, vel solis naturæ viribus) ut aliqua peccata dimittantur; de omnibus tamen dicit Deus: (ah) *Vivo ego, dicit Dominus Deus: nolo mortem impij, sed ut convertatur impius a via sua, & vivat. Convertimini, convertimini a viis vestris pessimis; & quare moriemini?* Ezechiel. 33. v. 11. III. Præter fidem tamen necessarius est usus medicorum a Christo institutorum: (ai) *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & justus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.* Epist. 1. Joan. c. 1, v. 9. Plura in Cap. III. IV. & V.

**Pro Exemplo sit I. parabola de filio prodigo Lucæ c. 15. v. 11. II. De ove perdita, ibidem a v. 4. II. De Magdalena Lucæ c. 7. av. 37. IV. De Publicano Luc. c. 18. a. v. 10. V. Responso Petri ad pœnitentes. Act. c. 2. v. 36. 37. 38.**

In der catholischen Kirche verharret, und deren Sacramente sich recht bedient (a i).

Da sind 3 Stücke zu glauben: I. Alle Sünder haben oder können haben eine zureichende Gnade sich zu bekehren. (a g) Denn Christus ist das wahre Licht, welches alle Menschen erleuchtet, die in diese Welt kommen. Johan. am 1, 9. Und derselbige ist die Versöhnung für unsere Sünden: nicht allein aber für unsere, sondern auch für der ganzen Welt Sünden. 1. Johan. am 2, 2. 11. Nieme Sünde sey also beschaffen, daß sie nicht könne nachgelassen werden, wie vormals die Nopatianer lehrten. Denn wird gleichwohl bisweilen gesagt, einiger Sünden Nachlaß könne nicht erlangt werden (nämlich nicht leicht, noch durch natürliche Kräfte allein); so sagt auch Gott von allen: (a h) So wahr als ich lebe, spricht Gott der Herr, ich habe kein Gefallen am Tode des Gottlosen, sondern daß sich der Gottlose bekehre von seinem Wege, und lebe. Bekehret, bekehret euch doch von euren so bösen Wegen; warum wollet ihr sterben? Ezechiel 33, 11. III. Man muß doch auch andere von Christo eingesetzte Mittel, neben dem Glauben, nothwendig gebrauchen: (a i) Wenn wir aber unsre Sünden bekennen, so ist er treu und gerecht, daß er uns unsre Sünden vergebe, und uns von aller Ungerechtigkeits reinige. 1. Johan am 1, 9. Sieh mehr von diesem Stücke im III. IV. und V. Hauptstück.

**Exempel.** I. Die Parabeln vom verlohrnen Sohne Lucã am 15, 11. u. f. II. Vom verlohrnen Schafe. ebenda vom 4. Vers. III. Die Geschichte von Magdalena Lucã am 7, 37. u. f. IV. Vom Publicanen Lucã am 18, 10. u. f. V. Die Antwort Petri an die Büßer, Apostelgesch. am 2, 36. u. f.

16. *Quid autem undecimus: Carnis resurrectionem?*

Mortuos omnes ad vitam excitandos afferit (*ak*) & novissimum iudicii diem confirmat. Nam ante Christi tribunal in carne redivivi omnes apparebimus, ut recipiat unusquisque, prout gessit in suo corpore, sive bonum, sive malum. Paul. Epist. 2. ad Corinth. c. 5. v. 10.

Duo afferuntur. I. Resurrectio in carne propria. II. Iudicium extremum: (*ak*) Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei, & procedent, qui bona jecerunt, in resurrectionem vitæ; qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii. Joan. c. 5. v. 28. 29.

EXEMPLUM. I. De Lazaro resuscitato Ioan. c. 11. a v. 11. 14. 43. II. De Jobo c. 19. v. 25. 26. 27. III. Figura resurrectionis, Ezech. c. 37.

17. *Quid demum postremus: Et vitam æternam?*

Fidei & virtutis Christianæ præmium (*al*) beatam immortalitatem ostendit: ut certo sciamus, post hanc vitam superesse aliam longe diversam, vereque securam, beatam ac sempiternam (*am*), quæ credentibus ac obtemperantibus (*an*), a Christo destinata sit.

*Trio*

16. Was will aber der eilfte Artikel sagen:

Des Fleisches Auferstehung?

Er sagt, alle Todten werden zum Leben erwecket werden, (a F) und es werde der letzte Tag des Gerichtes kommen. Denn vor dem Richterstuhle Christi müssen wir alle, im Fleische zum Leben erwecket, erscheinen, auf daß ein jeglicher empfangt, nachdem er in seinem Leibe gehandelt hat, Gutes oder Böses. Paulus 2. Corinth am 5, 10.

Hier werden 2 Stücke behauptet, I. Die Auferstehung im eigenen Fleische. II. Das letzte Gericht: (a F) Es kommt die Stunde, in welcher alle, die in den Gräbern sind, die Stimme des Sohns Gottes hören werden: und, die Gutes gethan haben, werden hervorgehen zur Auferstehung des Lebens: die aber Uebels gethan haben, zur Auferstehung des Gerichts. Johan. am 5, 28. 29.

Exempel. I. Von des Lazarus Auferstehung Joh. am 11, vom 11. 14, 43. v. II. Vom Job. am 19, 25. 26. 27. III. Das Vorbild der Auferstehung, bey Ezechiel 37. Kapitel.

17. Was sagt endlich der letzte: Und ein ewiges Leben?

Er zeigt (a I) die selige Unsterblichkeit, den Lohn des Glaubens und der christlichen Tugend; auf daß wir gewiß wissen, nach diesem Leben komme noch ein anderes, ganz verschiedenes, wahrlich ruhiges, seliges, und ewiges Leben (a m), so Christus denen bestimmt hat, die glauben, und gehorchen. (a n).

3 Stk.

*Tria* proponit credenda : I. Beatitudinem cœlestem esse præmium ; (a l) *Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* Matth. c. 5. v. 12. II. Illam mercedem esse æternam ex Matthæi c. 25. v. 46. (a m) *Et ibunt hi in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam* III. Docet illam mercedem, etsi hæreditas simul sit a Christo acquisita, non dari nisi sub onere observantiæ mandatorum (a n) : *Christus consummatus, factus est omnibus, obtemperantibus sibi causa salutis.* Paul. epist. ad Hebr. c. 5. v. 9. Ideoque beatitudo a Paulo vocatur *retributio hæreditatis*, nempe pro fidei servitio ; Epist. ad Coloss. c. 3. v. 24.

**EXEMPLUM.** I. De Lazaro salvato Lucæ c. 16. v. 12. & Divite damnato. II. De S. Paulo expectante *coronam justitiæ* Epist. 2. ad Timoth. c. 4. v. 8. III. Parabola de operariis in vinea Matth. c. 20. a. v. 1. Item de inæquali præmio pro inæquali diligentia Lucæ c. 19. a v. 12. 16. 17. 18. 19. &c.

18. *Quæ est summa omnium Symboli Articulorum ?*

Corde & ore (a o) confiteor Dominum Deum, quo nihil aut majus, aut sapientius, aut melius potest excogitari, eum & unum in essentia seu natura divina, & trinum in personis esse, utpote Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, ita ut hi tres unum sint ; (a p) Unus, verus, æternus, immensus & incomprehensibilis Deus ex quo, per quem, & in quo sunt omnia. Pater est Conditor Uni-  
ver-



- 3 Stücke werden zu glauben vorgestellt: I. Die Seligkeit im Himmel sey ein Lohn; (a l) Freuet euch, und frolocket; denn eure Belohnung ist häufig in dem Himmel. Matth. am 5. 12. II. Dieser Lohn sey ewig, nach Matth. am 25. 46: (a m) und sie werden in die ewige Pein gehen; aber die Gerechten in das ewige Leben. III. Dieser Lohn, ob er schon zugleich eine von Christo erworbene Erbschaft ist, werde nur gegeben unter dem Bedinge, daß man die Gebote halte: (a n) Christus, nachdem er alles vollbracht, ist allen, die ihm gehorjam sind, eine Ursach der ewigen Seligkeit geworden. Paulus Hebrder, am 5, 9. Darum heißt auch Paulus die Seligkeit eine Vergeltung des Erbes, nämlich für treue Dienste. Colosser am 3, 24.
- Exempel: I. Vom armen Lazarus, der selig geworden Lucã am 16, 12; und dem verdaminten Reichen. II. Vom H. Paulus, wie er die Kron der Gerechtigkeit erwartet 2. Timoth am 4, 8. III. Die Parabel von den Arbeitern im Weinberge, Matth. 20, 1 u. f wie auch vom ungleichen Lohn auf ungleichen Fleiß Lucã am 19, 12. 16. 17. u. f.

18. Welches ist der kurze Begriff aller Artikel des Glaubens?

Ich bekenne mit Herz und Mund (a o) Gott den Herrn, den größten, weisesten, besten, der zu gedenken ist; ich bekenne, er sey einig im Wesen, in der göttlichen Natur, und dreyfach in den Personen, nämlich Vater, Sohn, und heiliger Geist, also daß diese drey eins sind; (a p) ein einiger, wahrer, ewiger, unermessener und unbegreiflicher Gott; aus dem, durch den, und in dem alles

verforum : Filius Redemptor hominum : Spiritus S. Ecclesiæ seu Christi Fidelium Sanctificator & Rector. Igitur huic sanctissimæ & individuæ Trinitati respondent Symboli tres partes præcipuæ. Prima, quæ de creatione est, Patri ; secunda, quæ de redemptione, Filio ; tertia, quæ de sanctificatione, Spiritui Sancto accommodatur.

(a o) Agitur de Professione fidei : I. Hanc negare licet nunquam : *Qui negaverit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei.* Lucæ c. 12. v. 9. & c. 9. v. 26. *Qui erubuerit me & sermones meos, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in majestate sua.* II. Professio exterior etiam est necessaria : *Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem ;* Paulus ad Romanos c. 10. v. 10. Adde ex Lucæ c. 12. v. 8. *Omnis, quicumque confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei.* III. (ap) *Tres sunt, qui testimonium dant in cælo : Pater, Verbum, & Spiritus sanctus ; & hi tres unum sunt.* I. Joan. c. 5. v. 7.

EXEMPLUM. I. De Petro, Actor. c. 3. v. 12. 13. & c. II. De Paulo, ibidem c. 9. v. 20. & ad Galat.

alles ist. Der Vater ist aller Dinge Erschaffer; der Sohn der Menschen Erlöser; der heilige Geist heiliger und regiert die Kirche oder christliche Gemeinde. Also kommen die drey vornehmsten Theile der Glaubensformel überein mit der hochheiligen und unzertheilten Dreyfaltigkeit. Der erste, der von der Erschaffung handelt, mit dem Vater; der andere von der Erlösung, mit dem Sohne; der dritte von der Heiligung, mit dem heiligen Geiste.

(20) Da wird von der Glaubensbekenntniß gehandelt. I. Ist es niemals erlaubt, den Glauben zu verläugnen: Wer mich verläugnet vor den Menschen, der wird verläugnet werden vor den Engeln Gottes, Lucä am 12, 9 und 9, 26. Wer sich aber meiner, und meiner Worte schämet; dessen wird sich des Menschen Sohn, auch schämen, wann er in seiner Herrlichkeit kommen wird. II. Es ist auch die äußerliche Glaubensbekenntniß nöthig. Denn durch den Glauben des Herzens gelangt man zur Gerechtigkeit (zur rechtfertigung vor Gott); durch das mündliche (äußerliche) Bekenntniß aber zur Seeligkeit. Paul. an die Römer 10, 10. Wer immer mich vor den Menschen bekennet, den wird des Menschen Sohn vor den Engeln Gottes bekennen, für den Seinigen anerkennen. Luk. 12, 8. III. (ap). Drey sind, die da zeugen im Himmel: der Vater, das Wort, und der heilige Geist; und diese drey sind Eins. 1. Johann am 1, 7.

Exempel: I. Vom Petrus, Apostelgeschichte am 3, 12. u. f. II. Vom Paulus, eben da am 9.

Galat. c. I. v. 16. &c. ubi Paulus, non acquiescens *carni & sanguini*, Christum publice prædicavit. III. De cæco nato, cujus oculos Christus aperuit. Joan. c. 9. v. 9. 17. 30. 35. &c.

### 19. Quid est Ecclesia?

Est omnium Christi fidem atque doctrinam profitentium congregatio (*aq*), quæ sub uno & summo post Christum Capite & Pastore in terris gubernatur (*ar*).

*Duo* hic explicantur. I. Ecclesia militans debet esse visibilis. Nulla enim extra Ecclesiam salus est; et qui vult salvus esse, primum omnium illam debet ingredi; adeoque visibilis esse debet, ut videre eam omnes possint et invenire. Est autem Ecclesia visibilis, 1 in membris, 2 in professione fidei, 3 in prædicatione veri verbi Dei, 4 in administratione Sacramentorum, 5 in aliis notis Ecclesiæ, quod scilicet sit una, sancta, catholica et apostolica. Verum illud quidem, non esse visibilem internam Ecclesiæ fidem; at vero visibilia sunt membra et totum Ecclesiæ corpus, quod fidem istam publice profitetur. Ita et Christus Ecclesiam novellam civitati comparat, in monte positæ, atque inde ex omni parte conspicua. (*aq*) *Vos estis lux mundi, inquit, non potest civitas abscondi supra montem posita.* Matth. c. 5. v. 14.

II. Ecclesia debet habere visibile caput. Ita Christus instituit, Petrum unum in terris faciendo Vicarium. Vivus adhucdum hanc ei dignitatem

20. und an die Galater, am 1, 16. u. f. wo Paulus Christum öffentlich verkündigte, und weder Fleisch noch Blut angesehen hat. III. Von den Blindgebohrnen, den Christus sehen gemacht. Johann am 9, 9. 17. 30. 35. u. f.

### 19. Was ist die Kirche?

Sie ist eine sichtbare Versammlung aller derer, die sich zu Christi Glauben und Lehre bekennen, (a q) und die unter einem, nach Christo, höchstem Haupte und Hirten auf Erde, regieret wird. (a r).

Hier werden 2 Stücke erklärt; I. die streitende Kirche muß sichtbar seyn, man muß sie sehen und finden können. Denn außer der wahren Kirche ist kein Heil zu hoffen; wer selig werden will, muß vor allem in die Kirche eingehen; so muß sie also sichtbar seyn, damit man selbe finden kann. Sie ist aber auch wirklich sichtbar (1) in ihren Gliedern, (2) in ihrem Glaubensbekenntnisse, (3) in Verkündigung des wahren göttlichen Wortes, (4) in Auspendung der Sacramente, (5) in andern Kennzeichen der Kirche, daß sie nämlich einig, heilig, allgemein und apostolisch ist. Es ist wahr, man sieht den innerlichen Glauben der Kirche nicht, aber man sieht die Glieder, den ganzen Leib der Kirche, der diesen Glauben öffentlich bekennet. So vergleicht Christus selbst seine neue angehende Kirche einer Stadt, die auf einem Berge liegt, und von allen Seiten sichtbar ist (a q). Ihr seyd das Licht der Welt, sagt er; eine Stadt, die auf einem Berge liegt, kann nicht verborgen seyn. Math. 5, 14.

II. Die Kirche muß ein sichtbares Oberhaupt haben. Diese Einrichtung hat Christus selbst getroffen, indem er Petrum zu seinem Statthalter machte.

D

tem promisit, dicens: Tu es Petrus & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam --- tibi dabo claves regni caelorum; & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis; & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis. Matth. c. 16. v. 18. & 19. Quod autem promisit, a morte redivivus implevit. Apparens olim discipulis suis Dicit Simoni Petro: Diligis me plus his? Dicit ei: Etiam, Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: pasce agnos meas --- pasce oves meas, i. e. tum omnem fidelium communitatem, tum & Apostolos, reliquos. Joan. v. 21. c. 15. & 16. Quodsi autem primitiva Ecclesia unum Pastorem universalem, Christi Vicarium, ab ipso Christo habuit; talem adhuc habere debet, ne porta injeri gloriari possint, se praevaluisse, ac regimen Ecclesiae, a Christo institutum, subvertisse, contra promissionem Christi. Matth. c. 16. v. 18.

**Exempla I.** Petrus, ubi graviora negotia inciderant, se caput esse Ecclesiae, palam ostendit. Act. 1. v. 5. ubi Matthias Apostolus eligitur, solus *exurgens*, solus v. 16. praecipiens, solus v. 16. 20. obscuras prophetias explicans, solus v. 21. 22. dotes novi Apostoli definiens, indicit electionem, atque ita novellae Ecclesiae providet; solus item c. 2. v. 14. 15. reliquos Apostolos defendit. **II.** Solus Petrus c. 5. in Concilio Hierosolymitano primus decidit controversiam, dicens: *Vos scitis, quoniam ab antiquis diebus in nobis elegit, per os meum audire*

machte. Er hatte ihm diese Würde vor seinem Tode versprochen, indem er zu ihm sagte: Du bist Petrus, und auf diesen Felsen will ich meine Kirche bauen . . . Dir will ich die Schlüssel des Himmelreiches geben; was du immer auf Erde bindest, soll auch im Himmel gebunden seyn, und was du immer auf Erden auflöset, soll auch im Himmel aufgelöset seyn. Matth. 16, 18. und 19. Was er hier versprochen, hat er auch nach seiner Auferstehung erfüllet. Er erschien einst den versammelten Aposteln, und sprach dann zu Petro, Simon, Johannes Sohn, liebst du mich mehr als diese mich lieben? Er antwortete: Ja Herr, du weißt, daß ich dich liebe. Dann sagte Jesus: Weyde meine Lämmer . . . weyde meine Schafe: d. i. die ganze Gemeinde der Gläubigen sowohl, als auch die übrigen Apostel. Joh. 21, 15. und 16. Hat aber die erste Kirche Christi einen allgemeinen Hirten, und Christ Statthalter von Christo selbst bekommen: so muß sie noch einen haben, damit sich die Hölle nicht rühmen kann, sie hätte wider die Kirche obgesieget, und die von Christo eingesetzte Regierungsform umgestürzet; welches dem zuwider wäre, was Christus versprochen hat, Matth. am 16, 18.

**Exempel.** I. Petrus zeigte sich bey allen wichtigen Auftritten als das Haupt der Kirche. Bey der Wahl des Matthias zum Apostel stand er allein auf, er allein befahl, er allein legte die dunkeln Vorsehungen aus, er allein bestimmte die Gaben eines neuen Apostels, und that also der neuen Kirche Vorsehung. Apostelgesch. 1, 15, 26. II. Im Kirchenrathe zu Jerusalem machte Petrus allein dem Streite ein End, indem er aufstand, und sagte: Ihr wißet Männer und Brüder, daß Gott schon vor geraumer Zeit mich aus  
 D 2 allen

*audire gentes verbum Evangelii, & credere,* v. 7. ubi v. 12. *tacuit omnis multitudo; Bar-nabas vero & Paulus* ex patris miraculis v. 12. definitionem Petri confirmarunt; *Jacobus* v. 14. 15. ait, *ei concordare verba Prophetarum.* Ex quibus deinde fidei articulus definitus est v. 28. *Visum est Spiritui Sancto & nobis &c.* nempe quod circumcisio non amplius sit necessaria ad salutem. Quod si primitiva Ecclesia unum summum Pastorem habuit, & jam habere debet, quia, ubi grex visibilis manet, & Pastor visibilis manere debet.

## 20. *Qui ab Ecclesia prorsus alieni sunt?*

Primum Judæi & infideles omnes, atque a fide Apostatæ: deinde Hæretici, ii scilicet, qui, cum baptizati sint, contra catholicam fidem cum pertinacia tuentur errorem. Præterea Schismatici, qui a pace, & unitate catholica ipsi se segregant. Postremo, qui a communione Sanctorum, a participatione Sacramentorum, & ab Ecclesiæ suffragiis, divinisque officiis per ecclesiasticam potestatem legitime excluduntur, unde & excommunicati dicuntur (*as*): qui omnes a Christi corpore, quod est Ecclesia, sejuncti & alieni sunt, proindeque spiritualis vitæ ac salutis expertes manent, satanæ, mortique perpetuæ, nisi resipiscant, obnoxii (*at*). Ac vitandi quidem illi omnes Catholicis sed imprimis Hæretici & Schismatici non minus, quam

pe-



allen zuerst gewählt hat, aus dessen Munde die Heyden das Evangelium hören und glauben sollen. Hierauf schwieg die ganze Menge still. Paulus aber und Barnabas bestätigten den Ausspruch Petri mit Erzählung geschehener Wunder. Jakob sprach, die Worte der Propheten stimmen damit überein. Hierauf ward endlich der Glaubensartikel festgesetzt, daß nämlich die Beschneidung zur Seligkeit nicht mehr nöthig sey. Apostelgesch. 15. Haben die Aelteste der Kirche einen obersten Hirten gehabt, so muß ein solcher noch jetzt die Kirche haben; denn wo die Heerde sichtbar bleibt, muß auch der Hirt sichtbar bleiben.

20. Welche gehören ganz und gar nicht zur Kirche?

Erstlich alle Juden, Unglaubige und vom Glauben Abtrinnige: Zweytens die Keger, jene nämlich, die zwar getauft sind, aber einen Irrthum, der dem allgemeinen Glauben zuwider ist, hartnäckig behaupten. Drittens, die Schismatiker, welche sich von dem Frieden und der allgemeinen Einigkeit durch Spaltungen selbst absondern; leztlich jene, die von der Gemeinschaft der Heiligen, dem Genuße der Sacramente, den Kirchengebeten, und dem öffentlichen Gottesdienste durch geistliche Gewalt rechtmäßig ausgeschlossen werden; darum heißen sie auch die Excommunicierten (as): alle diese sind von dem Leibe Christi, der die Kirche ist, getrennet und abgesondert, bleiben also, ohne geistliches Leben und Heit, dem Satan und ewigen

pestes quædam exitiales fugiendi atque execrandi sunt (au).

**Docet I.** Quinam sint extra Ecclesiam (a s) Ad hos pertinet, quod ait Christus: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.* Matth. c. 18. v. 17. **Docet II.** eos damnandos esse (at): *Eos, qui foris (extra veram ecclesiam) sunt; Deus judicabit,* Paul. Epist. 1. ad Corinth. c. 5. v. 13. Adde dicta q. 1. (lit c.) exempla. **Docet III.** eos vitandos esse: (au) *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum,* Epist. 2. Joan. v. 10. & Paulus ad Titum c. 3. v. 10.: *Hæreticum hominem evita, sciens, quia subversus est, qui ejusmodi est, & delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus.*

**EXEMPLA. I.** De S. Paulo excommunicante incestuosum Corinthium; Epist. 1. ad Corinth. c. 5. v. 3. 4. 5. *Ut tollatur e medio Ecclesie,* ex v. 2. **II.** De Hymenao & Phileto, quorum sermo ut cancer serpsit, qui a veritate exciderunt: Paulus 2. ad Timoth. c. 2. v. 17. 18.

21. *Quæ demum est simplex, brevis & recta Fidei regula, qua Catholici ab Hereticis discernuntur?*

Ea est, Christi fidem atque Ecclesie auctoritatem integram profiteri, illudque ratum ac fixum tenere oportere, quod Ecclesie

gen Tode eigen, wenn sie nicht in sich gehen (at). Die Katholischen sollen zwar alle diese meiden, sonderbar aber jene, die Ketzerey und Spaltungen anfangen, nicht anderst, als die leidige Pest fliehen, und verabscheuen (au.) Hier lernen wir Erstens alle jene kennen (at), die gar nicht zur Kirche gehören. Diese alle gehen die Worte Christi an: Wer die Kirche nicht hört, den halte für einen Heyden und Publicanen. Matth. 18, 17. II. Diese alle werden verdammet werden. Gott wird, die draussen (außer der wahren Kirche) sind, richten. 1. Coriuth. am 5, 13. Sieh die erste Frage und die im Buchstaben c) angeführten Beispiele. III. Diese alle müsse man meiden; (au) Wenn jemand zu euch kömmt, und diese Lehre nicht bringet: den nehmet nicht ins Haus, 2. Johann am 10. und Paulus zum Titus am 3, 10. Einen ketzereyischen Menschen meide... und wisse, daß ein solcher verkehret ist, und sündigt, als der sich selbst verurtheilet hat.

**Exempel:** 1. Vom H. Paulus, der den blutschänderischen Corinthier in den Bann gethan. 1. Coriuth. 5, 3. 4. 5. auf daß er von der Gemeinde ausgeschlossen wurde, aus dem 2. Bers. II. Vom Symendus und Philetus, deren Wort frist um sich wie der Krebs; welche die Wahrheit verfehlet haben. Paulus 2. Tim. am 2, 17. 18.

**21. Was giebt es endlich für eine einfache, kurze, und gerade Glaubensregel, durch die man Katholische und Unkatholische unterscheidet?**

Es ist diese: Den Glauben Christi und das Ansehen der Kirche ganz bekennen, und jenes fest und steif halten, was die Hirten

fiæ Catholicæ Pastores atque Doctores credendum definierint. Cæterum, *si quis Ecclesiam non audierit, fit tibi* (inquit Christus ipse Matth. c. 18. v. 17.) *sicut Ethnicus & Publicanus. Non enim habebit Deum Patrem, qui Ecclesiam noluerit habere Matrem.*

Ita St. Cyprianus tract. de Simplicitate Prælatorum, sive de Unitate Ecclesiæ.

Pro Complemento hujus capituli. *Quæres I. An fides necessaria sit ad salutem? Respondet Paulus Epist. ad Hebræos c. 11. v. 6. Sine fide impossibile est placere Deo. Et Christus Marci c. 16. v. 16. Qui non crediderit, condemnabitur. Ubi nos condemnamus neminem, servantes illud Luca c. 7. v. 37. Nolite condemnare; sed sententiam a Christo latam narramus A Catholicis, ad eorum terrorem & salutem. Quæres II. An fides sola sufficiat ad salutem? Respondet S. Paulus 1. ad Corinth. c. 13. v. 2. Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum, nihil mihi prodest. Et Christus Matthæi c. 7. v. 21. Non omnis, qui dicit mihi per fidem: Domine, Domine, intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum. Dum igitur salus quandoque fidei tribuitur, tribuitur fidei vivæ, qua per charitatem operatur, Paul. ad Gal. c. 5. v. 6.*

und Lehrer der allgemeinen Kirche als Glaubensartikel vortragen. Ubrigens wer die Kirche nicht höret, (sagt Christus selbst Matth. am 18, 17.) den halte für einen Heyden und Publicanen. Denn wer die Kirche nicht will zur Mutter haben, wird auch Gott nicht zum Vater haben.

Also sagt der H. Cyprianus in der Abhandlung von dem Einfachen der Vorgesetzten, oder von der Einheit der Kirche.

Zur Ergänzung dieses Hauptstückes folgen noch 2 Fragen: I. Frage: Ist der Glaube nothwendig zur Seligkeit? Die Antwort giebt Paulus, Hebr. am 11, 6. Ohne Glauben ist es nicht möglich, daß man Gott gefalle. Und Christus sagt Marci am 16, 16. Wer nicht glaubet, wird verdammet werden. Wir verdammen da niemand, und halten uns an die Ermahnung Christi beim heil. Lukas am 7, 37. Verdammet nicht; sondern wir erzählen nur den Unkatholischen zu ihrem Schrecken und Heile das von Christo gefällte Urtheil. Die II. Frage: Ist das allein zur Seligkeit genug, daß man glaube? Paulus antwortet 1. Corinth. am 13, 2. Hätte ich allen Glauben, also, daß ich auch Berge versetzte; hätte ich aber die Liebe nicht; so wäre ich nichts, es wäre mir nichts nütze. Und Christus spricht Matth. am 7, 21. Nicht jeder, der mir (durch den Glauben) sagt: Herr, Herr! wird eingehen in das Reich der Himmeln, sondern der den Willen meines Vaters, welcher im Himmel ist, thut, der wird eingehen in das Reich der Himmeln. Wenn denn bisweilen die Seligkeit dem Glauben beygemessen wird, versteht es sich vom lebendigen Glauben, der durch die Liebe wirkt. Paulus zu den Galat. am 5, 6.



## CAPUT II.

### DE SPE & ORATIONE DOMINICA.

---

#### 22. Quid est Spes?

**V**irtus est divinitus infusa, per quam certa cum fiducia nostræ salutis & æternæ vitæ bona (ax) expectantur.

Notanda hic tria sunt: I. Quid sperandum? nempe 1. bona animæ, remissio peccatorum, Dei gratia, beatitudo æterna, 2. Et bona corporis, quatenus hæc ad illam assequendam conferunt. (ax) *Quarite primum regnum Dei, & justitiam ejus. Et hæc omnia adjicientur vobis.* Matth. c. 6. v. 33. II. Cur sperandum? Quia Deus infinite potens, misericors ac fidelis propter merita Christi, se nobis daturum promisit, si institutis a Deo mediis rite utamur. Teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem; fidelis enim est, qui repromisit. Paulus ad Hebræos c. 10. v. 23. Hic tradatur modus generalis ac particularis eliciendi actum spei. III. Quomodo sperandum? Certa cum fiducia. Huic tamen spei conjungi potest salutaris timor, non dubitans de Dei beneyolentia aut fidelitate (quam fide divina credimus) sed de nostra cooperatione, an institutis a Deo mediis rite utamur. Ideo monet Apostolus Philippenses c. 2. v. 12. *Cum metu & tremore vestram salutem operamini.* Et Petrus ait Epist. 2. c. 1. v. 10. *Frater magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocacionem & electionem faciatis.*

EXEM-



## Das zweyte Hauptstück.

### Von der Hoffnung, und des Herrn Gebethe.

---

#### 22. Was ist die Hoffnung?

**S**ie ist eine von Gott eingegossene Tugend, durch welche wir mit gewisser Zuversicht die Güter unsers Heils, und des ewigen Lebens (ap.) erwarten.

Da sind drey Stücke zu merken; I. Was soll man hoffen? nämlich 1. der Seele Güter; Nachlaß der Sünden, Gottes Gnade, und die ewige Seligkeit. 2. Des Leibes Güter, in so weit diese etwas beytragen, auf daß man das ewige Leben erlange (ap.): Trachtet am ersten nach dem Reiche Gottes, und nach seiner Gerechtigkeit: so wird euch dieses alles dargegeben werden. Matth. am 6, 33. II. Warum soll man hoffen? Weil es der unendlich mächtige, barmherzige, und getreue Gott, Christi Verdienst wegen, uns zu geben versprochen hat, wenn wir die von Gott vorgeschlagene Mittel recht brauchen. Lasset uns in der Bekannniß unsrer Hoffnung unbeweglich verharren; denn der die Verheißung gethan hat, ist getreu. Paulus an die Hebräer. am 10, 23. Da soll man die Weise lehren, wie man die Hoffnung überhaupt, und insbesondere erwecken kann. III. Wie soll man hoffen? Mit gewisser Zuversicht. Doch kann bey dieser Hoffnung eine heilsame Furcht stehen; nicht daß man zweifle an der Güte oder Treue Gottes (denn dieser sind wir durch einen übernatürlichen Glauben versichert), sondern an der eignen Mitwirkung; ob man nämlich die von Gott

einges

**EXEMPLUM. I.** de Jobo, Jobi c. 13. v. 15. *Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo.* **II.** De Tobia c. 2. v. 15. 16. 17. 18. *Vitam illam expectamus, quam Deus daturus est.*

23. *Unde modum recte sperandi & petendi discimus?*

Ex Oratione Dominica, quam Christus ipse Dominus & Magister noster ore suo sacrosancto tradidit, & præscripsit.

Tres hic occurrunt quæstiones. **I.** Quid est oratio? Mentis ad Deum elevatio. Orare igitur est cum Deo colloqui & conversari, adorando illum, laudando, rogando, agendo gratias, se offerendo &c. **II.** An præcepto quodam orationis tenemur? Tenemur; *Petite*; Christus omnibus nobis Matth. c. 7. v. 7. præcipit, *Et dabitur vobis; omnis enim, qui petit, accipit.* Ita & Paulus I. Thess. c. 5. v. 16. docet: *Sine intermissione orate.* Deum, ut Dominum nostrum adorare, bonis ab eo, ut indigentes ex nobis, petere; pro acceptis eidem agere debemus gratias, igitur oratio officiorum nostrorum facile princeps est. **Exempla nobis pulcherrime Christus ipse, & omnes post eum Sancti dederunt.** **III.** Quomodo orandum? Quod mentem attingit, 1. animo humili & contrito orandum est; *oratio humilium se nubet penetrabit.* Eccli. c. 35. v. 21. 2. Devote & atten-



eingesetzten Mittel recht gebrauche. Deswegen erinnert der Apostel die Philipper an 2, 12. Wir set euer Heil mit Furcht und Zittern; und Petrus 2. Brief im 1, 10. Brüder! Beseiiget euch desto mehr, euren Beruf und eure Aus erwählung durch gute Werke gewiß zu machen.

**Exempel.** I. Vom Job. am 13, 15. Wenn er mich auch tödtet, will ich auf ihn hoffen. II. Vom Tobias am 2, 15. u. f. Wir warten auf jenes Leben, welches Gott uns geben wird.

23. Woher lernen wir die Weise recht zu hoffen, und zu begehren?

Aus dem Gebethe, das uns Christus unser Herr und Meister mit seinem hochheiligen Munde selbst gelehret, und vorgeschrieben hat.

Hier kommen 3 Fragen vor. I. Was ist das Gebeth?

Eine Erhebung des Gemüthes zu Gott. Bethen heißt also mit Gott reden, sich mit Gott unterhalten, indem man ihn anbethet, lobet, ihm danket um empfangene Guttathen, um neue bittet, sich ihm aufopfert u. s. w. II. Muß man bethen? Ja; Bittet, befiehlt uns Christus allen Matth. 7. 7. Bittet und es wird euch gegeben werden; denn wer bittet, der empfängt. So lehrt auch Paulus: Bethet ohne Unterlaß, 1. Theßal. 5, 16. Wir müssen Gott als unsern Herrn anbethen; weil wir von uns nichts haben; ihn um Guttathen bitten; für empfangene ihm danken; so ist also das Bethen eine unserer ersten Pflichten. Davon hat uns Christus, und alle Heilige nach ihm, die schönsten Brey spiele gegeben. III. Wie muß man bethen? Was die Seele betrifft, muß man 1. bethen mit demüthigem und reuvollem Herzen. Das Gebeth eines Menschen, der sich demüthiget, wird durch

attente; Spiritus est Deus; et eos, qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Joan. c.4. v.24. Alias merito illud nobis exprobratur Matth. c.5. v.8. *Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe est a me.* 3. Cum fide & fiducia; *Postulet autem in fide, nil hesitant.* Jac. c.1. v. 6. 4. In nomine Jesu; *Siquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Jan. c. 16. v. 13. Corpus quod attinet, orandum est cum reverentia atque modestia.

#### 24. *Retita per partes Orationem Dominicam?*

*Prima Petitio*: Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum, *2da*: Adveniat regnum tuum. *3tia*: Fiat voluntas tua, sicut in caelo & in terra. *4ta*: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. *5ta*: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. *6ta*: Et ne nos inducas in tentationem. *7ma*: Sed libera nos a malo, Amen.

#### 25. *Quid sibi vult initium hujus orationis: Pater noster, qui es in caelis?*

Præfatiuncula est, quæ nos memores reddit summi beneficii, Iquo Deus Pater per Christum nos sibi in filios adoptivos. & hæredes cœoptavit (a2), atque hoc dulci Patris nomine

durch die Wolken dringen. Syr. 35, 21. 2. Mit Andacht und Aufmerksamkeit. Gott ist ein Geist, und die ihn anbeten, müssen ihn anbeten im Geist und in der Wahrheit Joh. 4, 24. Sonst verdient man immer den Vorwurf: Dieß Volk ehret mich mit den Lippen, aber sein Herz ist weit von mir. Matth. 15, 8. 3. Mit Glauben und Zuversicht. Er bitte aber mit Glauben und zweifle nicht. Jak. 1, 6. 4. Im Namen Jesu. Wenn ihr den Vater etwas bitten werdet in meinem Namen, so wird er euch geben. Joh. 16, 13. Was den Leib betrifft, muß man mit Ehrerbietigkeit und Eingezogenheit beten.

24. Sag mir des Herrn Gebeth  
stückweise auf?

Die I. Bitte. Vater unser, der du bist in dem Himmel, geheiligt werde dein Name. II. Zukomme uns dein Reich. III. Dein Will geschehe, wie im Himmel, also auch auf Erden. IV. Gib uns heute unser tägliches Brod, V. und vergib uns unsere Schulden, als wie wir vergeben unsern Schuldigern: VI. und führe uns nicht in Versuchung, VII. sondern erlöse uns von dem Uebel. Amen.

25. Was will der Eingang dieses Gebeths  
sagen: Vater unser, der du bist  
im Himmel?

Es ist eine kleine Vorrede, welche uns der höchsten Wohlthat erinnert, mit der uns Gott der Vater durch Christum zu Kindern und Erben angenommen (43) und der süße  
Name

nomine provocamur tum ad redamandum, tum ad precandum magna cum fiducia (ba).

(a2) Paulus ad Romanos c. 8. v. 15. 17. *Accipistis spiritum adoptionis filiorum, in qua clamamus: Abba (Pater) Si autem filii & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. NB. Si tamen compatimur, ut & conglorificemur. Exemplum Christi orantis Joan. c. 17. (ba). Si vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester de celo dabit Spiritum bonum petentibus se? Lucæ c. 11. v. 13.*

## 26. Quid explicat prima petitio: Sanctificetur nomen tuum?

Proborum filiorum justum & liberale desiderium. Hi petunt semper & ubique in sese aliisque promoveri cognitionem, timorem, honorem, amorem & cultum æternæ Majestatis, & quidquid demum ad summi optimique Patris gloriam spectat (bb).

(bb) Malachiæ c. 1. v. 9. *Filius honorat Patrem; si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus? Et Paulus ad Colossenses c. 3. v. 17. Omne, quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo & Patri per ipsum. Et Christus Matth. c. 5. v. 16. Sic luceat lux vestra coram hominibus*

Name eines Vaters ermunteret uns, sowohl zur Gegenliebe, als zu einem recht zuversichtlichen Gebethe. (b a)

(a3) Paulus zu den Römern am 8, 15. 17. Ihr habt empfangen den Geist derer, die zu Kinder Gottes angenommen sind; durch den wir rufen Abba (Vater). Sind wir aber Kinder, so sind wir auch Erben, und zwar Erben Gottes, und Miterben Christi: wohl gemerkt, wenn wir anders mit ihm leiden, auf daß wir auch mit ihm zur Herrlichkeit erhoben werden. Das Beyspiel des lebenden Heilands. Johann am 17. (b a) Wenn ihr, die ihr böse seyd, euren Kindern gute Gaben geben könnet: wie viel mehr wird euer Vater denen, die ihn darum bitten, einen guten Geist vom Himmel geben? Lucá am 11, 13.

26. Was erklärt die erste Bitte: Geheiliger werde dein Name?

Die Gerechte und aufrichtige Begierde frommer Kinder. Diese verlangen, daß allezeit, und überall bey ihnen, und bey andern, die Erkenntniß, Ehrfurcht, Liebe, Anbethung, der Dienst der göttlichen Majestät, und was immer zur Verherrlichung des höchsten und besten Vaters etwas beyträgt, befördert werde. (bb)

(bb) Malachias am 1, 6. Ein Sohn soll seinen Vater, ehren, . . . Bin ich nun Vater wo ist meine Ehre? Und Paulus zu den Coloffern am 3, 17. Alles was ihr thut, mit Worten oder mit Werken, das thut alles im Namen des Herrn Jesu, und danket Gott und dem Vater durch ihn. Und Christus Matth. am 5, 16.

E

Also

*nibus, ut videant opera vestra bona, Et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est.*

**EXEMPLUM:** de Paulo in act. c. 24. v. 14. 15. 16. & Epist. 2. ad Corinth. c. 11. a v. 23. usque ad 31.

27. *Quid secunda petitione agimus: Advēniat regnum tuum?*

Petimus gloriam regni coelestis; aeternaeque felicitatis nobis donari, ut cito cum Christo in sempiternum regnemus (*bc*).

**EXEMPLUM.** tam pii desiderii Paulus reliquit nobis ad Philipp. c. 1. v. 23. ita scribens: (*bc*) *Coartior ... desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo.* II. Eadem spe caeli Machabeorum mater filiolum adhortata est ad martyrium, 2 Mach. 7. — Notent autem hic omnes, non adeo mollem ad astra viam esse; *Regnum caelorum vim patitur, Et violenti rapiunt illud.* Matth. c. 11. v. 12. Unde Christus monet: *Contendite intrare per angustam portam.* Luc. c. 13. v. 24.

28. *Quid tertia: Fiat voluntas tua?*

Petimus divinae gratiae nobis opem adesse, ut Patris voluntatem in terra, sicut Beati omnes in coelo faciunt, sincere, alacriter & constanter adimpleamus (*bd*).

Salus inde pendet aeterna. (*bd*) *Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem Patris mei,*

Also lasset euer Licht leuchten vor den Menschen, daß sie eure gute Werke sehen, und euren Vater im Himmel preisen.

Exempel. Paulus in der Apostelgeschichte am 24, 14. u. f. und im 2. Corinth. am 11, 23. bis 31.

27. Was geschieht in der zweyten Bitte:  
Zukomme uns dein Reich?

Wir bitten um das himmlische Reich, und die ewige Glückseligkeit, damit wir bald mit Christo in Ewigkeit herrschen (bc).

Ein Beyspiel eines so heiligen Verlangens gab uns I. Der heil. Paulus, der an die Philipper schrieb 1, 23. (bc) Ich verlange aufgelöset zu werden, und bey Christus zu seyn. II. Mit der Hoffnung des Himmels munterte die Mutter der Machabäer ihr Söhnelein zur Märtter auf, 2. Machab. 7. — Doch merke man sich hier, daß es gar so leicht nicht ist, in den Himmel zu kommen. Das Himmelreich leidet Gewalt; und die Gewalt brauchen, reißen es an sich. Matth. am 11. 12. Daher spricht Christus allen zu: Bemühet euch durch die enge Thüre einzugehen. Lucä am 13, 24.

28. Was thun wir in der Dritten:  
Dein Will geschehe?

Wir bitten um den Beystand der göttlichen Gnade, auf daß wir des Vaters Willen auf Erden, wie alle Selige im Himmel, aufrichtig, hurtig, und standhaft vollziehen (bd)

An der Vollziehung des göttlichen Willens hängt unsere Seligkeit. (bd) Nicht ein jeder, der zu mir sagt: Herr! Herr! wird in das Himmel-

*mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum  
calorum. Matth. c. 7. v. 21.*

**EXEMPLUM I.** *Christus* Joan. c. 4. v. 31. 32.  
34. II. *Job.* c. 1. v. 21. III. *Heli* Lib. 1. Reg.  
c. 3. v. 18.

29. *Quid quarta: Panem nostrum quoti-  
dianum da nobis hodie?*

Petimus suppeditari nobis, quæ ad vitam  
sive corporis, sive animæ fovendam & susten-  
tandam spectant, ut victum & vestitum (*be*),  
Verbum Dei, & Ecclesiæ Sacramenta (*bf*).

**EXEMPLUM. I.** (*be*) *Elias* a corvo pastus, Lib.  
3. Reg. c. 17. v. 4. & c. II. *Christus* Marci c. 8.  
a v. 1. usque ad v. 10. III. (*bf*) *Christus* Matth.  
c. 4. v. 1. usque ad v. 5. Joan. c. 6. v. 52.

30. *Quid quinta: Et dimitte nobis debita  
nostra?*

Petimus veniam ac remissionem peccato-  
rum (*bg*), parati vicissim remittere, quod  
in nos alii peccaverint (*bh*).

(*bg*) **EXEMPLUM. I.** *Manasses* L. 2. Paralip.  
c. 33. v. 9. -- 12. 13. (*bh*) II. Parabola de  
misericordia Regis, & immisericordia conservi,  
Matth. c. 18. a v. 23. III. *Christus* in cruce pro  
persecutoribus orans. Lucæ c. 23. v. 34.

31. *Quid penultima: Et ne nos inducas in  
tentationem?*

Petimus in hac tanta vitæ imbecillitate di-  
vina virtute fulciri, atque adversus mundum,  
car-



melreich eingehen, sondern der wird in das Himmelreich eingehen, welcher den Willen meines himmlischen Vaters vollziehet. Matth. am 7, 21.

**Exempel.** I. Christus Johann. am 4, 31. u. f. II. Job am 1, 21. III. Heli im 1. Buch der Könige am 3, 18.

29. Was begehren wir in der vierten: **Gieb uns heut unser tägliches Brod?**

Wir bitten um das, was das Leben des Leibes und der Seele befördert und erhält, als da sind Nahrung, Kleidung (be), Gottes Wort, und die Sacramente der Kirche (bf).

**Exempel.** I. (be) Der vom Raben gespeiste Elias 1. Buch der Könige am 17, 4. u. f. II. Christus Marci am 8, 1. u. f. bis 10. III. (bf) Christus Matth. am 4, 1. bis 5. Johan. am 6, 52.

30. Was in der Fünften: **Und vergieb uns unsre Schulden?**

Wir bitten um Verzeihung und Nachlaß unsrer Sünden (bg), und sind entzogen bereit jenes nachzulassen, was uns andere Leides gethan haben (bh).

(bg) **Exemp.** Manasses 2. Buch der Chronik am 33, 9. u. f. 12, 13. (bh) II. Die Parabel vom barmherzigen Könige, und unbarmherzigen Mitsknechte Matth. am 18, 23 u. f. III. Der am Kreuze für seine Verfolger bethende Christus. Lucä am 23, 34.

31. Was in der Vorletzten: **Und führe uns nicht in Versuchung?**

Wir begehren in so großer Lebensschwäche durch göttliche Kraft gestärket, und wider

carnem, dæmonemque defendi, ne quoquaque modo tentationi succumbentes peccato consentiamus (*bi*).

Nunquam vires nostras tentationes superant. (*bi*)  
*Fidelis Deus est; qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis; sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere Paul. I. ad Corinth. c. 10. v. 13.*

**EXEMPLUM. I.** De Christo monente discipulos Matth. c. 26. v. 41. *Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.* II. De S. Paulo tentato, Epist. 2. ad Corinth. c. 12. v. 7. 8. 9.

32. *Quid septima & postrema petitione:  
 Sed libera nos a malo?*

Petimus Dei benignitatem, qua ipse nos liberet, & vindicet a miseria tum corporis, tum animæ, sive in hac vita, quoad salutem nostram congruit (*bk*), sive in futura (*bl*). Et additur: *Amen*, hoc est: fiat, sive fiet, ut spem, desideriumque monstremus accipiendi ea, quæ septem his petitionibus continentur.

**EXEMPLA. I.** (*bk*) De *Ezechia* ægrotante L. 4. Reg. c. 20. a v. 1. usque ad v. 7. De *Daniele*, c. 9. v. 8. 9. ad v. 19. II. (*bl*) De *Manasse*, (cujus orationem apocrypham vide post Apocalypsin) Adde orationem damnati *Epulonis*. Luc. c. 16. v. 27. 28.

Welt, Fleisch, und Teufel beschützet zu werden, damit wir keineswegs der Versuchung unterliegen, und in eine Sünde einwilligen (b i).

Die Versuchungen sind nie über unsere Kräfte. (b i) Gott ist getreu, der euch nicht wird über euere Kräfte versuchen lassen, sondern er wird aus der Versuchung euren Nutzen ziehen, damit ihrs Könnet ertragen. Paulus 1. Corinth. am 10, 13.

Exempel. Der seine Jünger ermahnende Heiland Matth. am 26, 41. Wachtet und bethet, damit ihr nicht in Versuchung fallet. II. Von dem angefochtenen Paulus 2. Corinth. am 12, 7. u. f.

32. Was in der -siebenten, und letzten Bitte: Sondern erlöse uns von dem Uebel?

Wir halten bey Gottes Güte flehentlich an, daß er uns in diesem und zukünftigen (b l) Leben befreye und errette von allem Uebel des Leibes und der Seele; in diesem Leben zwar, so viel es zu unserm Heile dienlich ist (b F). Und es wird Amen, das ist, es geschehe, hinzugesetzt, damit wir dadurch unsre Hoffnung und Begierde zeigen jenes zu erlangen, was in diesen sieben Bitten enthalten ist.

Exempel. I. (b F) Vom krankliegenden Ezechias 4. Buch der Könige am 20, 1. bis 7. Vom Daniel am 9, 8. bis 19. II. (b l) Von Manasses (dessen Gebeth, obwohl es nicht als eine göttliche Schrift angenommen wird, ist doch in der Bibel zu finden nach der heimlichen Offenbarung;

33. *Quæ summa est priorum Orationis  
hujus petitionum?*

Priores quatuor ostendunt ; quæ hic bona sperare ac petere debeamus. Inter quæ *primum* ac summum est , divinæ Majestatis honor & gloria : *Proximum*, nostra felicitas : huic *accedit* Deo debita obedientia, *Postremum* est , corporis animæque sustentatio necessaria. Hæc summatim continentur prioribus quatuor.

**Duo** probanda sunt, reliqua explicanda : I. (et) quod Ecclesia dies festos statuere possit : 1. Quia Synagoga hæc potestatem habuit, & exercuit. *Ætheris* c. 9. v. 27. 29. 31. instituendo *Festum sortium*; *Judith.* c. 16. v. 31. *Festivitatem Victoria*; & *Lib. 1. Machabæorum* c. 4. v. 59. *Festum Dedicationis Altaris*; cur Ecclesia novam minus valeat? 2. Hæc, Sabbatho abrogato, sequentem diem, antea communem, & Dominicam dixit, & celebrandam indixit, ut admittunt Hæterodoxi; igitur & alios ad mysteriorum fidei recolendam memoriam, aut ad gratitudinem pro accepto insigni beneficio testandam sacro cultu transigendos instituere potest. Tandem 3. hæc primis statim sæculis festo Paschatis, Pentecostes, Nativitatis Christi &c., B. V. Mariæ, aliorumque Sanctorum celebravit, ut ex vetustissimorum Patrum sermonibus constat : igitur eadem eidem Ecclesiæ potestas adhuc firma consistit.

II. Nullam omnino superstitionem redolet abstinentia a certis cibis. Usus est ea Deus, ut hominum tentaret obedientiam, & ad continentiam illos adsuaderet. (et) Abstinentiam a fructu arboris *scientia boni & mali*, ex se bono, Deus primis parentibus adhuc innocentibus præcepit, *Genes.* c. 2. v. 17. non nisi herbarum ac fructuum permissu usu, *Genes.* c. 1. v. 29. *Noë* ejusque posteris, ne *carnem cum sanguine comedant*, *Genes.* c. 9. v. 4. prohibuit. *Israelitis* per *Moysem* pluribus interdixit cibis, *Levitic.* c. 11. a v. 2. nempe ad obedientiæ ac temperantiæ exercitationem. Quem sacrum ad finem & *Apostoli* *Actor.* c. 15. v. 29. sanguinis ac suffocati esum primis Christianis inhiuerunt : quam *Apostolicam* constitutionem sicut Ecclesia abrogare

Da sind zwey Stücke zu beweisen, und die übrigen zu erklären. I. (e f) Die Kirche kann Feiertage einsehen: 1. Die Synagoge hat diesen Gewalt gehabt, und gebraucht. Denn sie hat eingesetzt das Loosfest Esther 9, 27. 29. 31; ein Siegfest Judith. 16, 31; ein Altarweibefest 1. Buch der Machabder 4, 59. Warum soll die neue Kirche weniger Macht haben? 2. Diese hat den Sabbath abgebracht, und den nächstfolgenden Tag, der vorher ein gemeiner Tag war, den Tag des Herrn genannt, und zu feiern befohlen, wie es unsre Segner zulassen; also kann sie auch andre Tage zu feiern aufstellen, entweder das Angedenken der Glaubensgeheimnisse zu erneuern, oder die Dankbarkeit für eine vortreffliche Wohlthat zu bezeugen. Endlich 3. hat diese gleich in den ersten Jahrhunderten Ostern, Pfingsten, Weinachten, u. s. w. wie auch gewisse Festtage der seligsten Jungfrau Maria, und anderer Heiligen gefeyert, wie aus den Anreden der ältesten Väter erhellet. Also bleibt eben dieser Kirche eben dieselbe Macht noch jetzt fest.

II. Die Enthaltung von gewissen Speisen hat gar nichts abergläubisches an sich. Gott brauchte sie von jeher, den Gehorsam der Menschen zu prüfen, und sie zur Mäßigkeit anzuhalten. (e l) Die Frucht des Baumes der Wissenschaft des Guten und Bösen, war an sich gut; Gott hat doch unsern ersten, noch unschuldigen Vtern befohlen, sich derselben zu enthalten (1. Buch Moysis 2, 17.) und ihnen nur den Gebrauch der Kräuter und Früchte zugelassen (1. Buch Moysis 1, 29.): dem Noe und seinen Nachkommungen hat er verboten das Fleisch mit dem Blute zu essen. (1. Buch Moysis 9, 4.); den Israheliten hat er mehr Speisen untersagt (3. Buch Moysis 11, 2. u. f.) nämlich zur Übung des Gehorsames, und der Mäßigkeit. Zu diesem geistlichen Ziel und End

gare potuit, (utpote quam nec ipsi quidem HH. observant) ita & in aliam abstinentiam ab omni carnis usu certis diebus observandam mutare potuit, atque etiam recte permutavit.

III. Potestatem habet Ecclesia præscribendi jejunia. Jejunium enim Fidelium 1. Christus non obscure prædixit Matth. c. 9. v. 15. *Venient dies, cum auferetur ab eis Sponsus, Et tunc jejunabunt.* Deinde exemplo Matth. c. 4. præluxit 2. Ecclesia subinde jam primis sæculis (ut ex Patrum homiliis constat) *quadraginta* ante Pascha dies, *quatuor tempora*, ac Sanctorum *vigilias* jejuniis sacrauit: a quo tamen eximuntur, quotquot aut vigesimum primum ætatis annum nondum compleverunt, aut sexagesimo jam majores sunt, aut demum a valetudine vel alia necessitate excusantur. Si quis jam contra hæc Ecclesiæ præcepta manducat, *quod intrat per os, non coinquinat hominem*, Matth. c. 15. v. 11. sed inobedientia, quæ procedit *de corde*, v. 19, 20. *coinquinat hominem*, ut Adam exemplo est. Permittit tam Christus Luc. c. 10. v. 8, quam Paulus, *manducare, quæ apponuntur, omne, quod in macello venit*, 1. Corinth. c. 10. v. 25. at antecedenter ad prohibitionem Ecclesiæ, quæ, ut Sponsum suum & veracem comprobaret, Matth. c. 9. v. 15. & aliquo saltem modo imitaretur, hæc suis jejunia imposuit.

EXEM.



de haben auch die Apostel (Apostelgeschichte 15, 29.) den ersten Christen verbotzen Blut und Ersticktes zu essen; gleichwie aber die Kirche diese apbstolische Satzung, (welche auch unsre Gegner nicht halten) hat können aufheben; also hat sie auch anstatt derselben einen andern Abbruch von allem Fleisessen zu gewisser Zeit befehlen können, und recht befohlen.

III. Die Kirche hat auch die Gewalt Fasttage vorzuschreiben. Denn 1. hat Christus die Fasten der Glaubigen klar vorgesagt. Matth. 9, 15. Es werden Tage kommen, da der Bräutigam von ihnen genommen wird; alsdann werden sie fasten. Er hat auch dazu mit seinem Bespyele vorgelenchtet (Matth. 4.) 2. Hat die Kirche nachmals, schon in den ersten Jahrhunderten (wie aus den Kirchenreden der Väters erhellet), 40 Tage vor Oßtern, die vier Jahreszeiten (Quatember), und die Vorabende der Heiligen mit Fasten geheiligt. Doch sind vom Fasten alle ausgenommen, welche das 21. Jahr noch nicht erfüllet haben, oder älter als 60, oder auch Krankheit, oder anderer Nothwendigkeiten halber entschuldiget sind. Wenn nun einer wider dieses Geboth der Kirche ist, verunreiniget war, was zum Munde hineingeht, den Menschen nicht, Matth. 15, 11; aber der Ungehorsam, der aus dem Herzen kömmt (19, 20. v.), macht den Menschen unrein; wie wir das Exempel an dem Adam haben. Christus sowohl Luk. 10, 8, als Paulus erlaubt zu essen, was man aufsetzt, alles, was auf dem Fleisemarkte feil ist. 1. Corinth. 10, 25. Aber dieß geschah vor dem Kirchenverbotze. Die Kirche hat durch diese Fasten den Jhrigen auferlegt, auf das sie sowohl die Wahrhaftigkeit ihres Bräutigams bewährte, als auch etlichermaßen ihm nachfolgte.

EXEMPLA: I. *Eleazarus* Lib. 2. Machab. c. 6. v. 18. qui maluit mori, quam carnem porcinam sibi prohibitam manducare. II. *Christus* Matth. c. 4. v. 2, 40. diebus, ac totidem noctibus jejuniens, III. *Anna* filia Phanuel Luc. c. 2. v. 37. non discedebat de templo, jejuniis & obsecrationibus serviens nocte, ac die. IV. Adde abstinentiam primorum Christianorum ex Actor. c. 15. v. 29. jejunium Apostolorum, Actor. c. 13. v. 3. & 14. v. 22.

Explicanda sunt I. Quomodo devote audienda Missæ II. (*en*) Quomodo, & cui confitendum, maxime pro Paschali tempore, nempe Pontifici, vel ordinario suo Episcopo, aut proprio Parocho, vel certe alteri Sacerdoti approbato cum illorum facultate III. (*en*) Quod per sacrilegam Communionem, item per dignam in aliena Parochia (ni necessitas aut facultas excuset) Paschali præcepto non fiat satis, Attendenda hic cujuslibet loci consuetudo.

### 62. *Quem fructum affert, harum observatio præceptorum?*

Hæc atque id genus alia Ecclesiæ tum instituta, tum præcepta, *primùm* fidem, humilitatem & obedientiam Christianam exercent, *deinde* cultum divinum, honestam disciplinam, & publicam tranquillitatem alunt, conservant, & ornant; eoque mirifice conferunt, ut decenter & ordinatè cuncta in Ecclesia peragantur, *præterquam* quod æternam vitam mereamur, si illa ex charitate observemus.

CAPUT

**Exempel:** I. Eleazarus (2. Buch der Machabäer 6, 18.), der lieber sterben, als das ihm verbotene Schweinefleisch essen wollte. II. Christus Matth. 4, 2. fastete 40 Tage und Nächte. III. Anna, die Tochter Phanaels, (Luk. 2, 37.) kam niemals aus dem Tempel, und diente Gott mit Fasten und Betben Tag und Nacht IV. Setze hinzu den Abbruch der ersten Christen, Apostelgeschichte 15, 29, das Fasten der Apostel (ebenda 13, 3. und 14, 22.

Man muß erklären, I. Wie man andächtig könne Meß hören: II. (em) Wie, und wem man beichten solle, sonderbar um Ostern, nämlich dem Pabste, oder seinem verordneten Bischofe, oder seinem Pfarrer, oder doch mit derer Erlaubniß, einem andern bewährten Priester. III. (en) daß durch eine gotesräuberische, oder durch eine zwar würdige Communion, welche aber ohne Noth oder Erlaubniß in einer fremden Pfarr genommen wird, dem östernlichen Gebothe kein Genügen geschehe. Man muß hier auf eines jeden Ortes Gewohnheit acht haben.

### 63. Was Nutzen bringt die Beobachtung dieser Gebothe?

Diese und andere dergleichen Verordnungen und Gebothe der Kirche geben erstlich Anlaß, Glauben, Demuth und christlichen Gehorsam zu üben. Ueber das erhalten und zieren sie den Gottesdienst, gute Zucht, und allgemeine Ruhe: tragen auch sehr viel bey, daß in der Kirche alles der Gebühr nach verrichtet werde; neben dem, daß wir das ewige Leben verdienen, wenn wir selbe aus Antriebe der Liebe halten.



## CAPUT IV. DE SACRAMENTIS.

---

### 64. *Quid est Sacramentum?*

**E**st invisibilis gratiæ signum visibile, ad nostram sanctificationem divinitus institutum. (eo) Aliud est enim, quod in Sacramento videmus; aliud, quod in eo accipimus. Signum videmus externum; occultam vero & spiritualem gratiam, quæ res dicitur Sacramenti, accipimus.

(eo) *Tria* igitur requiruntur ad proprium Novæ Legis Sacramentum: 1. Debet esse *signum visibile*, utpote propter homines constitutum. 2. *Signum efficax invisibilis gratiæ*, quia ad sanctificandum hominem est ordinatum. 3. Debet esse divinitus a Christo institutum: neque enim quisquam alius gratiam supernam signis naturalibus annectere potest, nisi sit & nature & gratiæ Author Deus.

### 65. *Quot sunt Sacramenta?*

Septem, quæ a Christo Domino instituta, ab Apostolis tradita, & in Ecclesia Catholica semper conservata ad nos usque pervene-



## Das vierte Hauptstück. Von den Sakramenten.

---

### 64. Was ist ein Sakrament?

Es ist ein sichtbares Zeichen einer unsichtbaren Gnade, von Gott zu unserer Heiligung eingesetzt (e o). Denn etwas anderes sehen wir in dem Sakramente, etwas anderes empfangen wir. Wir sehen das äußerliche Zeichen; empfangen aber eine verborgene und übernatürliche Gnade, welche die Hauptsache, das Wesen, des Sakraments genannt wird.

(e o) Also werden drey Stücke erfoderet zu einem wahren Sakramente des neuen Bundes: 1. Muß es ein sichtbares Zeichen seyn, denn es ist für Menschen eingesetzt. 2. Muß es die Kraft haben, eine unsichtbare Gnad anzudeuten, und zu wirken; denn es ist verordnet, die Menschen heilig zu machen. 3. Muß es von Christo eingesetzt seyn. Denn kein anderer kann eine übernatürliche Gnad mit natürlichen Zeichen verknüpfen, als Gott, der Urheber der Natur sowohl als der Gnade.

### 65. Wie viel sind Sakramente?

Sieben; welche von Christo dem Herrn eingesetzt, von den Aposteln uns übermacht, in der katholischen Kirche jederzeit erhalten,

venerunt. (*ep*) Sunt autem hæc: Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema Unctio, Ordo, Matrimonium.

(*ep*) Quia etsi hæc vocabula, *esse septem Sacramenta*, in Scripturis non extent; (sicut nec ulibi extant verba, *esse tantum duo vel tria Sacramenta*, aut *Baptismum esse Sacramentum*) quoniam tamen *Ecclēsia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis* ex Paulo 1. ad Timoth. c. 3. v. 15. nec plura, nec pauciora, quam septem signa gratiæ efficacia divinitus instituta sacris in Litteris invenit, ac docet, certissime tenendum est, nonnisi septem esse Novæ Legis Sacramenta. Sic clare definiunt Concilium Trident. Sess. 7. Can. 1. de Sacramentis in genere; Concilium Florentin. Anno Christi 1438.; Concilium Constantiense Anno Christi 1414. habita, quæ duo Augustana Confessione Protestantium, Anno Christi 1530. facta, longe antiquiora sunt.

### 66. *Quare Sacramenta veneranda, & summo in pretio habenda sunt?*

*Primum* quidem, quia a Deo & Christo Domino in lege nova instituta: *Deinde* quia gratiam Dei nobis necessariam, eamque uberissimam non modo significant, verum etiam seu vasa quædam sacra divini Spiritus continent

ten, und sodann bis auf uns gekommen sind (e.p.). Selbe sind folgende: der Tauf, die Firmung, der Fronleichnam unsers Herrn, die Buße, die letzte Oelung, die Priesterweihe, die Ehe.

(ep) Es ist wahr, die Worte: Es sind 7 Sakramente, findet man nirgends in der Schrift. Aber man findet auch die Worte nicht: Es sind 2, oder, 3 Sakramente, oder, die Taufe ist ein Sakrament. Weil aber unsere Kirche, die Säule, und Grundfeste der Wahrheit, weder mehr noch weniger, als 7 Zeichen in der heiligen Schrift findet, welche von Gott eingesetzt sind, und die Gnade andeuten und wirken: so muß es uns eine ungezweifelte Wehrheit seyn, daß nur 7 Sakramente des neuen Bundes sind. Dieß ist der klare Schluß des Kirchenraths von Trient in der 7. Handlung 1. Regel von den Sakramenten überhaupt, des Kirchenraths von Florenz im Jahre Christi 1438. ; des Constanzer Kirchenraths im Jahre Christi 1414. ; welche beede viel älter sind, als die augsburgische Confession der Protestanten, die im Jahre Christi 1530. ist gemacht worden.

66. Warum soll man die Sakramente ehren und im höchsten Werthe halten?

Erstlich zwar weil sie von Christo unserm Herrn und Gott im neuen Bunde sind eingesetzt worden: zwentens, weil sie die für uns so nothwendige, und überhäufte Gnade Gottes nicht nur allein anzeigen, sondern als heili-

tinent, & ritè suscipientibus conferunt. (*eq*)  
*Ad hæc*, quoniam adversus peccatum præstantissima sunt remedia, seu divina medicamenta nostri Samaritani: *Postremo*, quia bonis gratiam habentibus eam ipsam conferunt, augment, & amplificant (*er*).

*Rationes quatuor* afferuntur: præterea *duo* credenda proponuntur. I. (*eq*) Quod Sacramenta N. L. non sint mera signa ac sigilla, aut gratiæ per fidem præhabitæ, ut Lutheri; aut prædestinationis divinæ, ut Calvini Sectatores dicunt: sed quod gratiam, quam ex Dei institutione significant, etiam dum conferuntur, suscipienti ceu sacra Dei ipsius instrumenta communicent. Sic Petrus Act. e. 2. Judæis v. 37. jam credentibus ac compunctis ait adhuc v. 38.: *Baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum.* Sic Act. c. 8. fideles jam per Philippum in Samaria baptizati v. 12. Confirmationis gratiam non acceperunt, nisi postquam Petrus & Joannes imponebant manus super illos, tunc accipiebant Spiritum Sanctum 16. 17. Deinde Deus, teste Paulo ad Titum c. 3. v. 6.: *Salvos facit per lavacrum regenerationis* etiam infantes, qui tamen nec verba concionatoria Lutheranorum intelligere, nec credere ipsi possunt. Tandem nec esse sigilla prædestinationis, docet contra Calvinum 1. Simon Act. c. 8. qui v. 13. *Et ipse credidit Et cum baptizatus esset, adharebat Philippo*, cui tamen subinde relapso Petrus dixit

V. 20.



heilige Gefässe des göttlichen Geistes, wahrhaftig in sich enthalten, und denen mittheilen, die selbe recht und gebührender Weise empfangen (e q). Drittens weil sie wider die Sünde höchst bewährte Mittel, oder göttliche Arzneyen unsers Samaritans sind: letztlich, weil sie den Gerechten, die schon in der Gnade Gottes sind, eben diese erhalten, vermehren, und vergrößern (er).

Es werden 4 Ursachen beygebracht: und darneben zwey Stücke zu glauben vorgehalten. I. (e q) die Sakramente des neuen Bunds seyn nicht nur Zeichen, und Siegel entweder der Gnade, die man durch den Glauben schon hat, wie die Lutheraner sagen; oder der ewigen Gnadenwahl, wie die Calvinisten wollen; sondern sie theilen, als Gottes Werkzeuge selbst die Gnade, so sie aus göttlicher Einsetzung bedeuten, auch in dem wirklichen Genuße denen mit, die selbe empfangen. Also sagt Petrus (Apostelgeschichte 2. Kapitel) zu den schon glaubenden, und zerknirschten Juden (37. v.) noch über das (38. v.) ein jeder aus euch lasse sich taufen zur Vergebung der Sünden. Also haben auch (Apostelgeschichte 8. Kapitel) die in Samarien von Philippo schon getauften Gläubigen (12. v.) die Gnade der Firmung nicht empfangen, als nachdem ihnen Petrus und Johannes die Hände auflegten; alsdann empfingen sie den H. Geist (16, 17. v.) Ferner errettet Gott durch den Tauf der Wiedergeburt (nach Zeugniß Pauli zum Titus 3, 5.) auch die Kinder, welche doch weder die Predigtworte der Lutheraner

v. 20. *Pecunia tua tecum sit in perditionem* 3. *Judas* per Baptismum *connumeratus* in Apostolis ex Actor. cap. I. v. 17. deinde *prævaricatus est*, v. 25. *ut abiret in locum suum* æternæ damnationis. Docetur II. Quod Sacramenta sint duplicis generis. (er) 1. Sacramenta *mortuorum* (spiritualiter quoad gratiam) quæ vi institutionis suæ peccata remittunt, ut *Baptismus & Pœnitentia*. 2do Sacramenta *vivorum* (hoc est, jam habentium gratiam, quæ est vita, animæ) quæ vi institutionis suæ gratiam præhabitam novæ gratiæ accessione augent: cujusmodi sunt *Confirmatio, Eucharistia, Extrema Unctio, Ordo, Matrimonium*.

### 67. Cur Sacramentis ceremoniæ solennes & Ecclesiasticæ adhibentur?

Multis profecto & gravibus de causis. *Primum*, ut Sacramentorum administrationem spectantes admoneantur, nihil hic profanum, sed arcana quædam, & divinis plena mysteriis geri, quæ singularem reverentiam exigant. *Deinde*, ut ad Sacramenta ipsa accedentibus cultum promoveant internam, quem Deus præcipue postulat, & cujus

theraner verstehen, noch selbst glauben können. Endlich daß sie keine Stegel der Gnadenwahl seyn, lehret wider den Calvin 1. Simon (Apostelg. 8, 13.), der selbst auch glaubte, und, nachdem er getauft war, Philippo anhleng; dem doch nach seinem Mißfall Petrus sagte (am 20. v.): Dein Geld soll sammt dir zu Grunde gehen. 2. Judas, der durch den Tauf den Aposteln beygezählet ward, (Apostelg. 1, 17.), nachmals aber abtrinnig geworden ist, damit er hingienge in seinen Ort der ewigen Verdammniß. Es wird gelehret II. die Sakramente seyn zweyerley. (er) Sakramente der Todten. (nämlich geistlicher Weise, der Gnade nach), welche Kraft ihrer Einsetzung die Sünden nachlassen, als wie der Tauf, und die Buße. 2. Sakramente der Lebendigen (das ist, derer, die schon in der Gnade sind, welche das Leben der Seele ist); diese vermehren Kraft ihrer Einsetzung mit neuem Zuwachse die Gnade, so man schon hat; dergleichen sind die Firmung, der Fronleichnam unsers Herrn, die letzte Oelung, die Priesterweihe, und die Ehe.

67. Warum werden bey dem Gebrauche der Sakramente gewisse Ceremonien beobachtet?

Wegen vielen und wichtigen Ursachen. Erstlich, damit jene, die den sacramentalischen Verrichtungen zusehen, erinnert werden, daß hier nicht eitle und weltliche, sondern verborgene, göttliche, geheimnißvolle Dinge, welche eine sonderbare Ehrfurcht fodern, abgehandelt werden. Zweytens damit sie bey denen, welche die heiligen Sacramente

cujus veluti signa, testimonia & exercitia sunt ceremoniæ. *Præterea*, ut Sacramenta ministrantes majore cum dignitate & fructu munus suum obeant, dum veteris Ecclesiæ institutis, sanctorumque Patrum vestigiis fideliter inhærent. Constat etenim, hujusmodi ceremonias plerasque inde a temporibus Apostolorum per continuam successionem ad nos usque in Ecclesia perseverasse. His *demum* retinetur honesta religiosaque disciplina, his fovetur publica tranquillitas, quæ sæpe rituum externorum aut immutatione, aut innovatione graviter interturbatur (*es*).

(*es*) Quatuor præcipue causæ afferuntur: 1. Instructio spectantium. 2. Devotio suscipientium. 3. Dignitas conferentium. 4. Unitas disciplinæ Ecclesiasticæ &c., quibus sine dubio prospicere Ecclesia & debet, & potest.

**EXEMPLA:** I. De *Christo*, qui, etsi verbo unico facere omnia potuisset, multas tamen sæpe ceremonias præmisit tum in patrandis miraculis, Matth. c. 14. v. 19. cum 5000. virorum quinque panibus satiavit: Marci 7. & 8. cap. ubi surdum, atque iterum cæcum curavit &c., tum maxime in institutione Eucharistiæ, ad quam, ut  
dis-

mente empfangen wollen, die innerliche Andacht befördern, als die Gott hauptsächlich verlangt, und deren Zeichen, Zeugen, und Uebungen sind diese Ceremonien. Drittens; damit die, so die heiligen Sacramente darreichen; ihr Amt mit desto größerer Anständig, Würdig- und Nutzbarkeit verrichten, indem sie den Verordnungen der alten Kirche treulich nachkommen, auch in die Fußstapfen der heiligen Väter treten. Denn es ist bekannt, daß dergleichen Ceremonien meistens schon von den Apostelzeiten her in der Kirche für und für in stätigem Gebrauche gewesen. Letzlich wird dadurch die gute Zucht und Kirchenordnung, Fried und Ruhe des gemeinen Wesens erhalten, welche öfters durch Aenderung und Neuerung in äußerlichen Ceremonien und Gebräuchen sehr gestöret werden (es).

(es) Es werden vornämlich vier Ursachen angeführt: 1. Der Unterricht der Zuschauer. 2. Die Andacht derer, die das Sakrament empfangen. 3. Das Ansehen derer, die es reichen. 4. Die Einigkeit in der Kirchenzucht u. s. w. Für welche Stücke Zweifels ohne die Kirche sorgen kann, and muß.

**Exempel: I. Von Christo.** Dieser hätte mit einem einzigen Worte alles thun können, doch hat er oft zuvor viele Ceremonien gebraucht, theils da er Wunder wirkte, als (Matth. 14, 19.) da er 5000. Männer mit 5. Broden sättigte; (Marck 7, und 8. Kapitel), da er einen Lansen, und

abermal, da er einen Blinden heilte, u. s. w.

discipulos doceret, quanta animi, corporisque munditia accedere oporteret, multo ante apparatu eorum pedes lavit, Joan. c. 13. v. 4. II. Paulus I. ad Corinth. c. 14. cum ordinem ac modum in Ecclesia servandum præscripsisset, v. 40. concludit: *Omnia honeste, Et secundum ordinem fiant.* Et c. 11. cum varia ordinasset v. 33. 34. *Cetera, ait, cum venero, disponam.* III. Primæva Ecclesia, quæ plerasque ceremonias Christi Domini exemplo sacratas ad Sacramentorum administrationem ex reverentia transtulit, ut *exorcismos* ex Marci c. 5. v. 8. : *insufflationes* ex Joannis c. 20. v. 22. ; *aurium ac linguæ tactiones* ex Marci c. 7. v. 33. ; *manuum impositiones* ex Matth. 19. v. 15. ; *dandas elevatis manibus benedictiones* ex Luc. c. 24. v. 50. &c. Quibus adde & alias benedictiones *panum, piscium* ex Matth. c. 14. v. 19. aliarumque creaturarum; de quibus Apostolus I. ad Timoth. c. 4. v. 4. 5. ait: *Omnis creatura bona sanctificatur per verbum Dei Et orationem: a qua oratione Ecclesiæ suam etiam vim habent res benedictæ, tum ad maleficia dæmonum dissipanda, tum bona corporis animique impetranda.*

Wie auch, und sonderbar, da er das Margea  
 heimlich einsetzte. Denn damit er die Jünger  
 lehrte, mit was großer Reinigkeit des Leibes  
 und der Seele man selbes empfangen müsse,  
 wusch er zuvor, mit vielem Gepränge, der Jün-  
 ger Füße. Johan. 13, 4, u. f. II. Paulus,  
 nachdem er (1. Corinth. 14.) die Ordnung und  
 Weise, die man in der Kirche halten sollte, vor-  
 geschrieben hatte, schließt also (40. v.): Laß  
 set alles anständig, und in guter Ordnung  
 geschehen. Und (im 11. Kap., nachdem er vers-  
 chiedene Dinge angeordnet (33, 34. v) sagt er:  
 Das übrige will ich ordnen, wann ich Kom-  
 men werde. III. Die erste Kirche, als welche  
 die meisten Ceremonien, so Christus mit seinem  
 Beispiele geheiligt hatte, aus Ehrerbietigkeit  
 bey der Darreichung der Sakramente angebracht  
 hat: 1. E. die Teufelsbannung, aus Mar-  
 ci 5, 8; das Anhauchen, aus Johan. 20, 22; das  
 Berühren der Ohren und Zunge, aus  
 Marci 7, 33. Das Sandauslegen, aus  
 Matth. 19, 15. Das Segengeben mit aufge-  
 hobenen Händen aus Lucä 24, 50. u. f. w.  
 Hieher gehören auch andere Segen über Brod  
 und Fische, aus Matth. 14, 19. wie auch über  
 andere Geschöpfe, von welchen der Apostel sagt:  
 (1. Timoth. 4, 45.): Ein jedes Geschöpf  
 Gottes ist gut, = = = denn es wird durch  
 das Wort Gottes, und Gebeth geheiligt.  
 Von diesem Gebethe der Kirche haben auch ge-  
 weihte Sachen ihre Kraft, die Teufelskünste  
 zu zernichten, das Gute hingegen an Leib und  
 Seele zu wirken.

## 68. Quid est Baptismus?

Primum, (*et*) maximeque necessarium (*eu*) Legis novæ Sacramentum, (*ex*) quod semel (*ey*) in aqua (*ez*) confertur, quo spiritualiter renascimur, & peccatorum plenâ remissione percepta, (*fa*) in filios Dei adoptamur, hæredesque vitæ cœlestis adscribimur (*fb*).

Multa hic explicanda continentur: I. Quod Baptismus fluminis (de quo hic agitur) sit *Sacramentum* (*et*), quia tres Q. 64. requisitas conditiones habet: 1. Ablutio corporis est signum visibile; 2. Ablutio animæ a peccato originali est invisibilis gratia. 3. Institutio divina habetur Joannis c. 3. v. 5. & Matth. c. 28. v. 19. Ubi Christus ait Apostolis; *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & filii & Spiritus Sancti*. II. Quod sit *primum* (*eu*), quia sine illo alia Sacramenta suscipi valide non possunt. EXEMPLUM: ideo Paulus Actor. 19. v. 6. Sacramentum Confirmationis dare Discipulis, Baptismo Joannis tantummodo ablutis v. 3. non voluit; nisi antea v. 5. baptizatis Baptismo Christi. Ex quo patet, magnum esse inter utrumque Baptisma discrimen. III. Quod sit *maxime necessarium*, (*ex*) quia sine illo salvari nemo potest, nequidem infantes parentum fidelium, cum sententia Christi Joan. c. 3. v. 5. generalis sit, nec ullum excipiat: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei*. IV. Quod non nisi semel suscipi possit: (*ey*)  
quia



## 68. Was ist der Tauf?

Das erste (et), und nothwendigste (eu) Sakrament des neuen Gesetzes (ex), welches nur einmal (ey), im Wasser (ez) kann empfangen werden; wodurch wir geistlicher Weise wieder geboren werden, gänzlichen Nachlaß der Sünden erlangen (fa), von Gott an Kindes statt angenommen, und zu Erben des himmlischen Lebens eingesetzt werden (fb).

Da ist viel zu erklären. I. Der Wassertauf (von dem hier gehandelt wird) sey ein Sakrament, (et) weil er die drey, nach der 64. Frag, erforderlichen Eigenschaften hat. Denn erstlich ist die Abwaschung des Leibes ein sichtbares Zeichen. 2. Ist die Reinigung der Seele von der Erbsünde eine unsichtbare Gnad. 3. Ist die göttliche Einsetzung zu finden bey Johann 3, 5. und Matth. 28, 19. Wo Christus zu den Aposteln sagt: Gehet hin, lehret alle Völker, und tauft sie im Namen des Vaters, des Sohnes und des heil. Geistes. II. Er sey das erste, (eu) weil ohne denselben kein anderes Sakrament kann giltig empfangen werden. Exempel. Deswegen hat Paulus (Apostelgeschichte 19, 3. u. f.) denen, die den Tauf Johannis empfangen hatten, das Sakrament der Firmung nicht geben wollen, sie wären denn zuvor mit dem Taufe Christi abgewaschen. Es ist also unter diesem, und jenem Taufe ein großer Unterschied. III. Er sey das nothwendigste Sakrament (ex), weil ohne ihn niemand (auch nicht einmal die Kinder christlicher Aeltern) kann selig werden; indem der Ausspruch Christi Johann.

quia *unus Dominus, una fides, unum Baptisma.* (Paulus ad Ephesios c. 4. v. 5.) quod Concilium Constantinopolit. in Symbolo definit non nisi unum esse. Cum enim Baptismus sit *regeneratio* spiritualis, hæc non potest esse nisi una; sicut una tantum potest esse naturalis nativitas.

V. Quod materia Baptismi sit *aqua naturalis: (ex) Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c.* EXEMPLUM de Eunuchio Candacis Reginae Æthiopum, Act. c. 8. v. 36. *Ecce aqua! quid prohibet me baptizari?* Forma a Christo præscripta Matth. c. 28. v. 19. est; *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti,* Quæ ut vera sit ac salutaris, ab ipso baptizante pronounciari debet eodem tempore, quo caro baptizandi aqua abluitur.

VI. Effectus Baptismi primus est *peccatorum plena remissio, (fa)* quia per illum & peccatum originale, & in adulto etiam actualia tam quoad culpam, quam quoad pœnam in altera vita omnem remittuntur. EXEMPLUM de Petro Act. 2. v. 38. : *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum,* & c. 3. v. 19. *ut deleantur peccata vestra.* Quibus duo insinuantur: 1. Quod adultus se per fidem & contritionem saltem minus perfectam debeat ad Baptismum disponere. 2. Quod peccata per Baptismum non tantum tegantur, sed vere tollantur, ac *deleantur.*

VII. Effectus alter Baptismi est, quod *regenerati in filios Dei adoptentur, hæredesque vite celestis adscribantur: (fb)* Quia Deus salvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum, ut justificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vite æternæ. Paulus ad Titum c. 3. v. 5. 6.

VIII. Morale: *Quicumque baptizati sumus in*  
Chri-

3, 5. allegirt ist, und niemanden ausnimmt: Wer nicht wieder geböhren wird aus dem Wasser und heiligen Geiste, der kann nicht in das Reich Gottes kommen. IV. Man könne ihn nur einmal empfangen: (ey), weil nur ein Herr, ein Glaub, ein Tauf ist. (Paulus zu den Ephesern 4, 5.), und der Kirchenrath von Constantinopel erkläret in der Glaubensformel, es sey nur ein Tauf. Denn da der Tauf eine geistliche Wiedergeburt ist; so kann diese Wiedergeburt nur einmal geschehen; gleichwie auch die natürliche Geburt nur einmal geschehen kann. V. Die Materie des Taufs sey ein natürliches Wasser: (ez) Wer nicht wieder geböhren wird aus dem Wasser u. s. w. Ein Exempel giebt der Kämmerling Candacis der Königin in Aethiopien (Apostelgeschichte 8, 36.) Sieh! da ist Wasser; was hindert, daß ich nicht getauft werde? Die Form ist von Christo vorgeschrieben worden Matth. 28, und heißt: Ich taufe dich im Namen des Vaters und des Sohns, und des heiligen Geistes. Auf daß diese wahr und heilsam sey, muß sie von dem Taufenden selbst zu eben der Zeit gesprochen werden, in der des Täuflings Fleisch mit dem Wasser abgewaschen wird. + VI. Die erste Wirkung des Taufs ist völlige Nachlassung der Sünden (fa); weil durch ihn nicht nur die Erbsünd, sondern bey einem Erwachsenen auch die wirklichen Sünden nachgelassen werden, sowohl der Schuld, als aller Strafe nach, die im andern Leben darauf wartete. Ein Exempel von Petro (Apostelg. 2, 38.) Thut Buß, und ein jeder aus euch lasse sich taufen zur Vergebung der Sünden, und wieder (im 3, 19.) damit eure Sünden ausgelöschet werden. Mit welchen Worten uns zwey

*Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus: consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Paulus ad Rom. c. 6.*

v. 3. 4.

### 69. Quid est Confirmatio?

Est baptizatis collatum ab Episcopo Sacramentum, (*sc*) in quo per sanctum Chrisma, (*sd*) & verba sacrosancta (*sa*) conferitur gratia, (*ff*) & robur Spiritus additur, tum ad firmiter credendum, tum ad nomen Domini, quando sic est opus, libere confitendum.

Sex

Stärke zu verstehen gegeben werden: 1. Ein Erwachsener müsse sich durch den Glauben, und eine wenigstens unvollkommene Reu zum Taufe vorbereiten. 2. Die Sünden werden durch den Tauf nicht nur zugedeckt, sondern wahrhaftig getilget und ausgelöschet. VII. Die andere Wirknag des Taufes ist, daß die Wiedergeborenen von Gott an Kindesstatt angenommen, und zu Erben des himmlischen Lebens eingesetzt werden (fb) Weil Gott uns errettet hat durch den Tauf der Wiedergeburt und der Erneuerung des heiligen Geistes, den er reichlich durch Jesum Christum über uns ausgegossen hat, auf daß wir durch seine Gnade gerechtfertiget, Erben des ewigen Lebens wurden, das wir zu hoffen haben. Paulus Tit. 3, 5. 6.) VIII. Das Lehrstück: Wir alle, die wir auf Christum Jesum getauft sind, sind auf seinen Tod getauft; denn wir sind mit ihm durch den Tauf wie Todte begraben, daß wir zu einem neuen Leben auferstehen, wie er durch die Herrlichkeit seines Vaters von den Todten auferstanden ist. Paulus zu den Römern 6, 3. 4.

### 69. Was ist die Firmung?

Sie ist ein Sakrament (fc) welches der Bischof den schon Getauften mittheilet; worinn durch den heiligen Chrysam (fd), und die hochheiligen Worte (fe), Gnade (ff) und Stärke des Geistes verliehen wird, theils fest zu glauben, theils den

Sex hic docentur. I. Quod fit Sacramentum, ut Augustinus Lib. 2. contra literas Petiliani c. 104. ait, *aque sacrosanctum, sicut ipse Baptismus*, ut jam pridem definivit Concilium Eliberitanum Can. 38. Concilium Laodicenum Can. 48. Concilium Meldense c. 6. Concilium Florent. & Concilium Trid. Sess. 7. Can. 1. de Confirm. (fc) Ratio est, quia habet tres conditiones ad Sacramentum necessarias. Q. 64. II. *Signum visibile (fd)* est impositio manus Episcopalis, frontem baptizati ungentis chrismate, confecto ex oleo olivarum & balsamo. III. *Forma (fe)* est: *Signo te signo Crucis, Et confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris Et Filii, Et Spiritus sancti.* Impositio manus constat ex S. Scriptura Act. c. 8. v. 17. c. 19. v. 6. reliqua ex traditione infallibilis Ecclesiae IV. *Invisibilis gratia*, per signum visibile significata, est novum gratiae donum, (ff) quo Spiritus sanctus communicatur, (quod per donum linguarum non fit, utpote quod etiam in peccatoribus esse potest ex 1. ad Corinth. c. 13. v. 1.) quo anima interna quadam unctione imbuitur, ac confirmatur ad pugnam, & ad fidem intrepide profitendam; & sicut *Christus a Chrismate* dicitur ita nos ab eodem *Christiani* veluti obsignamur caelesti militiae adscripti. Sic Actor. c. 8. v. 17. *Apostoli imponebant manus super illos* (baptizatos viros ac mulieres ex v. 16. 12.) *Et accipiebant Spiritum sanctum.* Et Paulus ait 2. ad Corinth. c. 1. v. 22.: *Confirmat nos, vobiscum in Christo Deus, qui unxit et xelvas*, unde *Christus & Christianus* derivatur, *nos qui Et signavit nos* *operadumus*, sigillavit, (nempe

pe

Namen des Herrn, wenn es nöthig ist, frey zu bekennen.

Hier werden 6 Stücke gelehret. I. Die Firmung wie Augustin. 2. Buch wider die Briefe Pelitiani 104. Kap. sagt, ist ein eben so hochheiliges Sakrament als der Tauf, wie es auch schon längst erklärt haben die Kirchenrätthe zu Illiberi in der 38. Regel, zu Laodicea in der 48. Regel, zu Meaux im 6. Kapitel, zu Florenz, und zu Trient in der 7. Handlung, 1. Regel von der Firmung. (fc) Nämlich sie hat die drey Eigenschaften, welche zu einem Sakrament erfordert werden, in der 64. Frag. II. Das sichtbare Zeichen (fd) ist die Auflegung der bischöflichen Hand, die des getauften Stirn mit dem Chrysam salbet, der aus Baumble und Balsam gemacht wird. III. Die Form ist (fe): Ich zeichne dich mit dem Zeichen des Kreuzes, und firme dich mit dem Chrysam des Heils im Namen des Vaters, und des Sohns, und des heiligen Geistes. Die Auflegung der Hände ist zu finden in der heiligen Schrift (Apostelg. 8, 17, und 19, 6.), das übrige hat die unfehlbare Kirche aus der Uebergabe. IV. Die unsichtbare Gnade, welche durch das sichtbare Zeichen angedeutet wird, ist eine neue Gnadengabe, (ff) durch die der heilige Geist mitgetheilet wird (welches durch die Gabe der Sprachen nicht geschieht, als die auch bey den Sündern kann gefunden werden, nach jenem 1. Corinth. 12, 1.) wodurch die Seele innerlich gesalbet, und zum Streit und einer unerschrockenen Glaubensbekanntniß gestärket wird. Und gleichwie der Name Christus von Chrysam kommt, also auch der Name Christen; denn durch ihn werden wir gleichsam ge-

pe sigillo crucis in fronte, & caractere in anima, Ambros. Lib. 2 de initiatis c. 7.) *Et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* V. Quod tantum donum, uti non solum Apostolis promissum fuit, sed & aliis in Ecclesia nova militaturis, Joelis c. 2. v. 28. Joannis c. 14. v. 16. c. 15. v. 26.; ita nec ad breve tempus, sed ad usum Ecclesie perpetuum est concessum; quod Apostolus ad Hebræos c. 6. inter principia Religionis præcipua numerat, dicens v. 1. & 2. se velle perfectiora explicare, non *rursum jacere fundamentum penitentia fidei, Baptismatum doctrinae, Impositionis quoque manuum*: igitur impositio manuum *ad fundamentum* pertinet, duratura, quamdiu hoc fundamentum durabit. VI. Ex quibus jam clarius patet, hunc ritum esse a Christo institutum, cum Apostoli nec potuerint illi annectere gratiam Spiritus Sancti, nec eam tam certo promittere confirmandis, nisi Christus illum & instituisset, & Apostolos de secuturo effectu certos reddidisset.



zeichnet, und in die Rolle der himmlischen Soldaten eingetragen. Also legten die Apostel (Apostelg. 8, 17.) ihnen (den getauften Männern und Weibern) die Hände auf und sie empfingen den heil. Geist. Und Paulus sagt 2. Corinth. 1, 22.: Gott bevestiget uns mit euch in Christo; er ist, der uns gesalbet hat (Χριστος, von welchem Worte Christus, und Christ hergeleitet wird), der uns auch versiegelt (nämlich mit dem Siegel des Kreuzes an der Stirn, und dem Merkmale in der Seele Ambros. 2. Buch von den Eingeweihten am 7. Kap.) und in unsre Herzen das Pfand des heiligen Geistes gegeben hat. V. Diese so große Gabe, gleichwie sie den Aposteln nicht allein versprochen ward, sondern auch andern, die in der neuen Kirche streiten würden, Joel am 2, 28. Jöh. am 14, 16. und 15, 26; also ward sie auch nicht auf eine kurze Zeit, sondern zum immerwährenden Gebrauch der Kirche verliehen: welche auch der Apostel unter die vornehmsten Gründe des Gottesdienstes zählet, da er sagt (Hebräer 6, 1. 2.), er wolle vollkommnere Dinge erklären, und nicht abermal den Grund legen der Buße, des Glaubens, der Lehre vom Taufen, und der Händauflegung. So gehret denn die Händauflegung zum Grunde, und wird so lang dauern, als dieser Grund dau:et. VI. Aus diesem ist nun klarer, daß Christus diese Ceremonie eingesetzt habe; denn die Apostel hätten weder die Einab des heiligen Geistes damit verknüpfen, noch selbe den Gefirmten gewiß versprechen können, wenn nicht Christus dies Sakrament eingesetzt, und die Apostel von dem Erfolge, und der Wirkung versicheret hätte.

79. Wie

70. Quot sunt præcipua de Eucharistiæ doctrina capita scitu necessaria?

Quinque. *Primum* est ejus veritas. *Alterum* est panis & vini in Christi Corpus & Sanguinem conversio. *Tertium* adoratio debita. *Quartum* ejus oblatio. *Quintum* & postremum ejusdem Sacramenti sumptio.

71. Quæ est veritas Sacramenti Eucharistiæ?

Nimirum hæc: Christum verum Deum ac hominem vere ac integre in hoc Sacramento contineri, & nobis adesse (*fg*), ubi Sacerdos rite ordinatus panem & vinum verbis illis arcanis, & a Christo traditis consecrarit (*fh*).

Duo credenda proponuntur: I. Quod Christus Dominus vere ac integre in hoc Sacramento adsit: (*fg*) quia id ipse clarissime dicit: *Comedite, hoc est corpus meum, non qualecunque, sed quod pro vobis tradetur. Hic est Sanguis meus, qui pro multis effundetur.* Quæ verba in sensu proprio intelligenda esse probat tum consensus Evangelistarum, qui eadem ubique referunt;

70. Wie viel sind Lehrstücke, die von dem hochheiligen Sakramente des Altars vornehmlich notwendig zu wissen?

Fünf. Das erste ist dessen Wahrheit, oder die wahrhafte Gegenwart Christi. Das zweyte, die Verwandlung des Brodes und Weines in den Leib und das Blut Christi. Das dritte, die schuldige Unbeziehung. Das vierte, dessen Opferung. Das fünfte und letzte die Niesung dieses heiligen Sakramentes.

71. Was ist von der Wahrheit, oder wahrhaften Gegenwart Christi in dem heil. Sakramente des Altars zu bemerken?

Dieses nämlich, daß Christus, als wahrer Gott und Mensch, wahrhaftig und ganz in diesem Sakrament enthalten, und zugegen sey (fg) so bald ein ordentlich geweihter Priester Brod und Wein, durch jene geheimen, von Christo selbst ausgesprochenen, und vorgeschriebenen Worte wandelt und consecrirt (fh).

Da werden zwey Stücke zu glauben vorgehalten;  
 I. Christus der Herr sey wahrhaft und ganz in diesem Sakramente gegenwärtig: (fg) weil er dieses selbst ganz klar sagt: *Esset, das ist mein Leib, (nicht was immer für einer, sondern jener) der für euch wird dargegeben werden. Das ist mein Blut, das für viele wird vergossen werden. Daß man aber diese Worte*

ferunt; Matthæus c. 26. v. 26. Marcus c. 14. v. 22. Lucas c. 22. v. 19. Paulus 1. ad Corinth. c. 11. v. 23. 24. tum circumstantiæ aliæ, quod nempe sint verba *Testamenti novi*, verba *instituentia* Sacramentum, sub gravi *præcepto* repetenda usque ad finem mundi, teste Paulo loc. cit. v. 26. ad quæ ipsi Hæc proprietatem verborum requirunt. Confirmatur hoc loco illo S. Joannis c. 6. Ubi cum Christus Capharnaitis hoc mysterium revelaret, etsi & eorum murmura v. 53. facile comprimere, & discessuros Discipulos v. 67. retinere putasset, dicendo, propositionem suam improprie ac metaphoricè explicandam esse; id tamen non fecit, imo addito juramento sapius repetit, suam carnem manducandam esse: addit rationem: *Caro enim mea vere est cibus, & Sanguis meus vere est potus*, adverbium *vere* (quod in aliis propositionibus metaphoricis non est) excludit omnem improprietatem sermonis. II. Credendum est, quod Christus, statim ac Sacerdos sacra verba protulit, jam vere adsit, etiam antequam comedatur; (*sh*) Christus enim non dixit: *Hoc erit Corpus meum*; sed: *Hoc est* *scilicet* *Corpus meum* &c. quibus verbis jam recte crediderunt Apostoli posteriores Petro, etsi consecratum panem ore nondum exceperant. Et calix jam dicitur *Calix sanguinis* (græcum vitæ Q. 74.) Igitur Sanguis Christi jam est in calice. III. Adde, quod Christus sit totus in tota, & totus in qualibet vel minima parte consecratæ hostiæ: quia nulla vel minima pars hostiæ est, super quam non dicatur: *hoc est corpus meum*.

te, wie sie da liegen, verstehen müsse, beweiset sowohl die Uebereinstimmung der Evangelisten, die überall eben dieselben Worte bringen (Matth. 25, 26. Marc. 14, 22. Lukas 22, 19. Paulus 1. Cor. 11, 23. 24.) ; als auch andere Umstände, nämlich weil es die Worte des neuen Testaments sind, Worte, die ein Sakrament einsetzen, und die unter einem schweren Gebothe bis an der Welt Ende müssen wiederholet werden, nach dem Zeugnisse Pauli 1. Cor. 11, 26.; in welchen Umständen selbst unsre Gegner fordern, daß die Worte in der eigentlichen Bedeutung genommen werden müssen. Dieß wird noch mehr bestärket durch die Stelle Joh. 6, 43. u. f. w. Christus offenbarte dort den Rapharnaiten dieß Geheimniß mit den deutlichsten Worten, und sagte ihnen nicht nur einmal, daß sie, um ewig zu leben, sein Fleisch essen, und sein Blut trinken müssen. Diese Worte schienen ihnen unverständlich, sie murrten entgegen, und selbst einige Jünger wollten ihn deswegen verlassen. Dem allem hätte nun Christus gar nicht helfen können, wenn er gesagt hätte, seine Worte seyen nicht so buchstäblich, sondern nur verblümt zu nehmen. Aber er that es nicht; er blieb bey seinen Worten, und setzte noch die Ursache bey: Denn mein Fleisch ist wahrhaftig eine Speise, und mein Blut wahrhaftig ein Trank. Das Nebenwort wahrhaftig, welches bey andern verblümtten Sätzen nicht gebraucht wird, läßt nicht zu, daß man diesen Worten eine verblümtte Bedeutung giebt. **H.** Muß man glauben, Christus sey schon wahrhaftig gegenwärtig, sobald als der Priester die heiligen Worte ausgesprochen hat, bevor man ihn noch genossen. (sb) Denn Christus hat nicht gesagt: das wird mein Leib seyn: sondern das ist (scilicet) mein Leib,

M

u. f. w.

72. *Quæ sit Conversio per verba illa, quibus hoc Sacramentum Sacerdos consecrat?*

Ea, ut per ipsa verba, operante Christo, *(fi)* panis & vinum in Corpus & Sanguinem Dominicum convertantur, ac transubstantientur; *(fk)* atque ita panis & vinum esse desinant in Eucharistia.

*Duo dicuntur: I. Quod sacra verba non sint Ministri, sed Christi omnipotentis, (fi) cujus nomine Sacerdos dicit: Hoc est Corpus meum; quodsi igitur omnia, quæ non erant, per ipsam facta sunt, Joan. c. 1. v. 3., si solo ejus nutu aqua vinum facta est, Joan. c. 2. v. 9. certe potest; si vult, & panem in Corpus suum convertere. II. Quod vero converterit panem in Corpus suum (idem dic de conversione vini in Sanguinem) patet ex verbis Christi: Hoc est Corpus meum*

u. s. w. Diesen Worten haben die Apostel, welche nach Petro kamen, mit Recht ihren Glauben bemessen, obwohl sie das geheiligte Brod noch nicht in ihren Mund genommen hatten. Und der Kelch wird schon der Kelch des Blutes genannt, (das Griechische sieh in der 74. Frag); also ist das Blut Christi schon im Kelche. III. Ist noch zu merken, daß Christus ganz in der ganzen consecrirten Hostie, und ganz in einem jeden, auch mindesten, Theile derselben gegenwärtig sey; weil über alle, auch die kleinsten, Theile der Hostie die Worte gesprochen werden: Das ist mein Leib.

72. Was für eine Verwandlung geschieht durch die Worte, mit denen der Priester dieses S. Sakrament consecrirt?

Diese, daß durch jene Worte aus Christi Kraft und Wirkung (fi) Brod und Wein in den Leib und in das Blut unsers Herrn verändert, und verwandelt (fk) wird; folglich weder Brod noch Wein mehr in dem heiligen Altarssakramente zurücke bleibt.

Da lehret man zwey Stücke: I. Daß die heiligen Worte nicht Worte des Altardiener, sondern Worte Christi, des allmächtigen seyn (fi), in dessen Namen der Priester spricht: Das ist mein Leib. Wenn denn alles, was nicht war, durch ihn (Christum) ist gemacht worden (Johann. 1, 3.); wenn nur auf seinen Wink aus Wasser Wein geworden (Johann. 2. 9.); so kann er gewiß, wenn er nur will, auch das Brod in seinen Leib verwandeln. II. Daß

*meum* (*fk*) ubi non ait: *in, sub, vel cum hoc pane* est Corpus meum; non ait: *Hic (panis) ἔστω* (*ἄστος*) sed *hoc (τὸ ἐπί σῆμα μου) est Corpus meum*. Unde quia Christus nullam facit mentionem panis; nec nobis licet contra Christi verba, ac contra unanimem Ecclesiae sensum miraculum fingere, quasi nempe panis contra naturam suam compenetratus Corpori Christi adhuc subsistat, igitur substantia panis desit, & conversa est in Corpus Christi. Sic Concil. Trid. Sess. 13. de Euchar. Can. 2. & SS. Patres omnes. Cum igitur adhuc *panis* dicitur, id fit, tum quia remanent *species panis*, tum quia Christus ait de se Joan. c. 6. v. 41.: *Ego sum panis vivus*.

### 73. Quæ Sacramento huic debetur adoratio?

Eadem sane, quæ Christo Domino, ac æterno Deo debetur; quippe quem illic præsentem agnoscimus (*fl*). Ideoque religioso tum corporis, tum animi cultu, ut par est, hoc Sacramentum supplices veneramur (*fm*).

Duo



er aber das Brod in seinen Leib verwandelt habe (eben das ist von der Verwandlung des Weins in das Blut zu verstehen), erhellet aus den Worten Christi: Das ist mein Leib; (ff) wo er nicht sagt: in, unter, oder bey diesem Brode ist mein Leib; auch nicht dieses Brod (*ὅτος ἄτος*), sondern das (*ταῦτό ἐστι σῶμα μου*) das ist mein Leib. Daher, weil Christus vom Brode keine Meldung thut, dürfen auch wir kein Wunderwerk erdichten, wider die Worte Christi, und den einhelligen Sinn der Kirche; als wenn nämlich das Brod wider seine Natur in eben dem Raume mit dem Leibe Christi noch da wäre. So ist denn das Brod selbst nicht mehr da, sondern es ist in den Leib Christi verwandelt worden. Also der Kirchenrath von Trient in der 13. Handlung von dem hochheiligen Sakramente des Altars, im 2. Schlusse, und alle heilige Väter. Wenn man es dann noch ein Brod heißt, geschieht es, theils weil die Gestalt des Brodes bleibt, theils weil Christus von sich selbst sagt Johann. 6, 41.: Ich bin das lebendige Brod.

### 73. Welche Ehrerbietung ist man diesem H. Sakramente schuldig?

Eben jene, welche man Christo, dem Herrn, und ewigen Gott, schuldig ist, als den wir allda gegenwärtig zu seyn erkennen (fl). Daher wir dieses H. Sakrament, wie es sich gebührt, mit gottesfürchtiger Reigung des Leibes und der Seele fußfällig verehren (fm).

ger sagte der Herr Joh. 21, 17.: Weide (alle) meine Schafe. Nur den Bischöfen und Priestern sagt Petrus im 1. Br. 5, 2.: Weidet die Heerde Gottes, die unter euch ist. (gs) Da wird uns unter der Hand ein Begriff von der geistlichen Regierungsform beigebracht, von welcher der Kirchenrath von Trient in der 13. Handlung 6. Regel sagt: Wer immer sagt, es sey in der katholischen Kirche keine von göttlicher Anordnung eingesetzte Regierungsform, welche aus Bischöfen, Priestern, und Kirchendienern besteht; der soll verbannt seyn. Exempel von der Weihe der Bischöfe kommen vor in der Apostelgeschichte 13, 3., wo Saulus und Barnabas zu Bischöfen sind geweiht worden: Nachdem sie nun gefastet, und gebethet hatten, legten sie ihnen die Hände auf, und ließen sie hinziehen. Von der Weihe der Diaconen abermal in der Apostelg. 6, 6. wo die Apostel über sieben auserlesene Männer bestheten, und ihnen die Hände auflegten. Von den übrigen Klein:en Weihen thun die ältesten Väter schon Meldung: obwohl es kein Glaubensartikel ist, daß sie ein Sakrament seyn. (gt) Diese so große und offenbar göttliche Gewalt ist nur in der wahren katholischen Kirche anzutreffen: Denn niemand eignet sich selbst diese Ehre (eines Priesters) eigenmächtig zu, sondern welcher von Gott, wie Aaron berufen wird. So hat auch Christus nicht selbst sich zur Herrlichkeit des Hohenpriestertums erhoben; sondern derjenige hat ihn dazu erhoben, der zu ihm sagte: Du bist ein Priester auf ewig nach der Ordnung Melchisedecks. Hebr. 5, 4. 5. So können sich also auch andere nicht eigenmächtig zu Priestern machen, wenn sie nicht von den rechtmäßigen Nachfolgern der

80. *Quid postremo est Matrimonium?*

Est Sacramentum, (gu) quo vir & mulier legitime contrahentes individuam vitæ societatem ineunt, gratiaque divina donantur, tum ut soboles honeste & christiane suscipiatur, ac educetur; tum ut foedæ libidinis & incontinentiæ peccatum; evitetur.

(gu) Sic clarissime Paulus ad Ephesos c. 5. v. 32. *Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & in Ecclesia* 1. Signum sensibile est mutus consensus in actuale matrimonium externo signo manifestatus. 2. Gratia invisibilis est gratia sanctificans data in ordine ad sobolem honeste & Christiane suscipiendam & educandam. 3. Institutio habetur in verbis Pauli. Sic etiam Ecclesia Græca, teste Jeremia Patriarcha Constantinopolitano, in Censura Confessionis Augustanæ; Concilium Florentinum, & Concilium Tridentinum Sess. 24. de Sacrament. Matrim. Can. 1.

81. *Estne inter Sacramenta discrimen?*

Est sane. Baptismus enim, Confirmatio, & Ordo, quia caracterem, hoc est, signum

Apostel in der katholischen Kirche zu Gesellen des göttlichen Dienstes aufgenommen, und dieses Verwaltens theilhaftig werden. Kezern aber, welche draußen, außer der wahren Kirche, sind, wird diese Gewalt von ihnen wohl niemals mitgetheilt werden.

80. Was ist letztlich die Ehe?

Sie ist ein Sakrament (gu), wodurch Mann und Weib sich ordentlicher Weise zusammen verheurathen, und verbindend, unabgesondert bey einander zu leben; zugleich aber die göttliche Gnade erhalten, theils die Kinder ehrlich und christlich zu erzeugen und aufzuziehen; theils das schändliche Laster der Heißeit und Unzucht zu vermeiden.

(gu) Also sagt ausdrücklich Paulus an die Epheser 5, 32.: Dies ist ein großes Sakrament: ich sage aber in Christo und in der Kirche. 1. Das sichtbare Zeichen ist die beyderseitige Einwilligung in die wirkliche Ehe, welche durch ein äußerliches Zeichen geoffenbaret wird. 2. Die unsichtbare Gnade wirkt, daß die Kinder in beyderseitiger Bereisung ehrlich und christlich erzeugt und erzogen werden. 3. Die Einsetzung wird bewiesen durch die Worte Pauli. Also redet auch die griechische Kirche nach dem Zeugnisse Zerenla, des Patriarchen von Constantinopel, in dem Urtheile von der augsburgischen Confession; also spricht der Kirchenrath von Florenz; also der von Trident in der 24. Handlung, vom Sakrament der Ehe, 1. Regel.

81. Ist wohl auch ein Unterschied unter den Sakramenten?

Ja freylich; denn der Tauf, die Firmung, und die Priesterweihe drücken der Seele

num quoddam spirituale & indelebile animæ imprimunt, semel tantum suscipi, ac iterari inde, sicut cætera, non possunt (gx). Item Baptismus necessario suscipitur ab omnibus; Eucharistia a ratione utentibus, a relapsis Pœnitentia. Arbitrarium est autem, uti reliquis, modo nullum contempnas, aut, cum illud sumendi tempus est, negligas.

(gx) Sic Concilium Tridentinum Sess. 7. de Sacramentis in genere Can. 9.



## CAPUT V. DE OFFICIIS JUSTITIÆ CHRISTIANÆ.

---

82. *Quot sunt Officia Justitiæ Christianæ?*

**H**æc duo, *Declina a malo, sive peccato;*  
& *fac bonum, sive officium justitiæ,*  
Psalm. 36. v. 27.

83. *Qui*

ein geistliches unauslöschliches Zeichen ein, und können daher nur einmal empfangen, und dann nicht mehr, wie die andern, wiederholet werden (gr). Ferner ist der Tauf allen nothwendig; das Sakrament des Altars aber nur denen, die den Gebrauch der Vernunft haben; und die Buße denen, die wieder gefallen sind. Der übrigen kann man sich nach Belieben bedienen, wenn man nur keines verachtet, oder alsdann versäumet, da die Zeit und Gelegenheit selbes zu empfangen vorhanden ist.

(gr) Also der Kirchenrath von Trident in der 7. Handlung von den Sakramenten überhaupt in der 9. Regel.



## Das fünfte Hauptstück.

### Von den Pflichten der christlichen Gerechtigkeit.

---

82. Wie viel sind Pflichten der christlichen Gerechtigkeit?

Diese zwö: Meide das Böse, oder die Sünde; und thu das Gute, oder was die Gerechtigkeit fodert. Psal. 36, 27.

83. Wie

83. *Qui potest homo cavere peccatum, & bonum facere, seu præstare justitiam?*

Non id per se quidem, (gy) sed Christi gratia ac Spiritu instructus Christianus potest, ac debet, quantum hujus quidem vitæ status admittit, juste vivere, & legem implere (gz).

Duo explicanda sunt: I. Contra Pelagium, quod sine gratia Christi nullum opus salutare facere, vel inchoare possimus. Sic Christus: (gy) *Sine me nihil potestis facere.* Joan. 15. v. 5. II. Quod hæc gratia ad salutem sufficiens omnibus detur a Deo. Sic Paulus *Omnia possum in eo, qui me confortat,* Philipp. 4, 13. Et 2. Cor. 3, 5. scribit: (gz) *Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est.* Præterea, Deus omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Paulus 1. ad Timoth. c. 2. v. 4. & c. 4. v. 10. *Deus est Salvator omnium, maxime fidelium.* Christus est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Joan. c. 1. v. 9.

84. *Quotuplex est peccatum?*

Duplex: Originale, & actuale.

85. *Quid est Originale?*

Quod ab ortu nobis congenitum (ha) }  
per Baptismum in Christo condonatur (hb).

Duo



83. Wie kann der Mensch die Sünde meiden, und Gutes thun, oder sich gerecht zeigen?

Er kann es zwar nicht durch sich allein (97), doch durch die Gnade und den Geist Christi kann und soll ein Christ, so viel es die Beschaffenheit dieses Lebens zuläßt, gerecht leben, und das Gesetz erfüllen (93). Da muß man 2. Dinge erklären. I. Wider den Pelagianus, daß man ohne die Gnade Christi kein heilsames Werk thun oder auch nur anfangen könne. Also sagt Christus: (97) Ohne mich können ihr nichts thun: Joh. 15, 5. II. Daß Gott diese zum Heile genugsame Gnade allen gebe. Also lehret Paulus (93): Ich kann alles durch den, der mich stärket. Philipp. 4, 13. An die Corinthier schreibt er im 2. Br. 3, 5.: Wir sind nicht im Stande etwas aus uns, als käme es von uns, auch nur zu denken; all unser Vermögen ist von Gott. Zudem will ja Gott, daß alle Menschen selig werden, und zur Erkenntniß der Wahrheit kommen; 1. Timoth. 2, 4. und 4, 10. Gott ist der Heiland aller Menschen, insonderheit der Glaubigen. Christus ist das wahre Licht, welches alle Menschen, die in diese Welt kommen, erleuchtet. Joh. 1, 9.

84. Wie vielerley ist die Sünde?

Zweyerley: die Erbsünde und die wirkliche Sünde?

85. Was ist die Erbsünde?

Jene, die uns von unsern ersten Västern her anhängt (ha); und durch den Tauf aus Christi Gnade nachgelassen wird (hb).

Da

**Duo dicuntur** : I. Quod peccatum originale sit nobis ab ortu congenitum, (*ha*) sic Paulus affirmat ad Romanos c. 5. v. 11. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors; & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt; quatenus omnes, quotquot ab Adamo descendimus, sumus ab ortu filii rebellis Patris, sive (ut Apostolus ait ad Ephesios c. 2. v. 3.) Natura filii iræ.* II. Quod per Baptismum nobis condonetur: (*hb*) Sic Paulus 1. ad Corinth. c. 6. v. 11. : *Abiuti estis in Baptismo, sanctificati estis, justificati estis in nomine Domini Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri.* Vide Q. 68.

### 86. Quid est Actuale?

Dictum, factum, vel concupitum, contra Dei aut Ecclesiæ Legem. *Aug. Lib. 22. contra Faustum c. 27.* vel secundum *S. Ambrosium*: libera legis divinæ transgressio.

### 87. Quotuplex est Actuale?

Duplex. *Mortale*, sic dictum, quia mortem animæ præsentem affert: *Anima enim, quæ peccaverit, ipsa morietur; (hc) & Veniale*, ut cui venia facile tribuitur, & sine quo ne Justii quidem vivunt (*hd*).

**Duo**

Da werden zwey Stücke gesagt: I. Die Erbsünde hänge uns an von unsern ersten Aeltern her (ha). Also sagt es Paulus zu den Römern 5, 12. Die Sünde ist durch einen Menschen in diese Welt eingegangen, und durch die Sünde der Tod: und so ist der Tod über alle Menschen gekommen, weil alle in ihm gesündigt haben; in so weit wir alle, die wir immer von Adam herkommen, von dem Ursprunge an, Kinder eines aufrührischen Vaters; oder (wie der Apostel sagt zu den Ephesern 2, 3.) von Natur Kinder des Zornes sind. II. Die Erbsünde werde uns durch den Tauf nachgelassen. (hb) Also sagt Paulus 1. Corinth. 6, 11. Ihr seyd abgewaschen worden in dem Tause, ihr seyd geheiligt, ihr seyd gerechtfertiget worden durch den Namen unsers Herrn Jesu Christi, und durch den Geist unsers Gottes. Sieh die 68. Frag.

86. Was ist die wirkliche Sünde?

Sie ist ein Wort, Werk, oder Gedanke wider ein Geboth Gottes oder der Kirche; Augustinus 22. Buch wider den Saustus 27. Kapitel; oder nach dem heil. Ambrosius: eine freywillige Uebertretung des göttlichen Gesetzes.

87. Wie vielerley ist die wirkliche Sünde?

Zweyerley: die Todssünde, welche also genennt wird, weil sie der Seele den gewissen Tod bringt: denn die Seele, welche sündigt, wird sterben (hc); und die lässliche Sünde, die leichtlich nachgelassen wird

**Duo** dicantur: I. Quod anima per peccatum mortale moriatur; (*hc*) Ita docet Ezechiel c. 18. v. 20. quatenus per illud gratia sanctificans (quæ est vita animæ) perditur. **EXEMPLA:** Sic filius prodigus mortuus erat, *Et revixit*, Luc. c. 15. v. 32. sic Episcopo Ecclesiæ Sardis ait Christus Apocah. c. 3. v. 1.: *Namen habes, quod vivas Et mortuus es.* II. Quod præter peccata mortalia dentur etiam venialia ex natura sua (*hd*) I. Quia Prov. c. 24. v. 16. *septies cadet Justus, Et resurget;* sed si justus adhuc est, qui semel atque iterum lapsus est; hic lapsus cum justitiâ adhuc consistens noxa mortalis non est. **EXEMPLUM I.** De Phariseo Lucæ c. 6. v. 41. qui *vidit festucam;* h. e. leve erratum, *in oculo fratris, Et trabem in oculo suo non considerat.* II. De Christo qui Matth. c. 5. v. 22. diversis peccatis diversas pœnas assignat: *qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio;* *qui autem dixerit, raca* (jam iram! voce prodendo), *reus erit concilio;* *qui autem dixerit, fatue,* (cum intentione graviter affligendi) *reus erit gehennæ ignis.*

wird, und ohne welche sogar auch die Gerechten nicht leben (h d).

Da werden zwey Stücke gelehret; I. daß die Seele durch eine Todssünde sterbe; (hc-) so lehret Ezechiel 18, 20. weil man nämlich durch diese die heiligmachende Gnade verlieret, welche das Leben der Seele ist. Exempel: Also war der verlorne Sohn todt, und ist wieder lebendig geworden, Luk. 15, 32.: also sagt Christus zu dem Bischofe der Kirche von Sardis (Offenbarung 3, 1.): Du hast zwar den Namen, daß du lebest; jedoch bist du todt. II. Daß es neben den Todssünden, andere Sünden gebe, die ihrer Natur nach läßlich seyn (hd). Weil geschrieben steht (Sprüchw. 24, 16.): Ein Gerechter fällt siebenmal, und stehet wieder auf; wenn aber der noch gerecht ist, welcher aber- und abermal gefallen ist; so muß dieser Fall, welcher mit der Gerechtigkeit beyammen stehen kann, keine Todssünde seyn. Exempel: P. Von dem Pharisäer, Luk. 6, 41. der den Splitter (das ist, einen kleinen Fehler) in seines Bruders Auge sah; und des Balkens in seinem Auge nicht gewahr ward. II. Von Christo, der Matth. 5, 22. auf verschiedene Sünden verschiedene Strafen schlug: Wem sich wider seinen Bruder erzürnet, der ist des Gerichtes schuldig; wer aber zu seinem Bruder sagt, Racha (und also den Zorn an den Tag giebt): der ist des Rathes schuldig; wer aber sagt, du Narr (in der Absicht seinen Bruder dadurch schwerlich zu betrüben) ist des höllischen Feuers schuldig.

89. *Quibus gradibus ad peccatum deducimur?*

His tribus: suggestione, delectatione, consensu, seu deliberata voluntate peccandi (he).

Ita docet S. Apostolus Jacob 1, 14. (he): *Ut quisque tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus; sed tentatio ad peccatum nondum est ipsum peccatum; Deinde concupiscentia, cum conceperit delectationem, parit peccatum, sed peccatum nondum est, quamdiu hanc delectationem non advertis illicitam esse: sed ubi eam tibi prohibitam vides, & tamen adhuc foves; tum peccatum, cum per consensum consummatum fuerit, generat mortem. Ex quo & illud contra HH. efficitur, nec Concupiscentiam, nec indeliberatos ejusdem motus jam peccata esse. Cum igitur concupiscentia quandoque peccatum dicitur, eatenus dicitur, quia ex peccato est, & in peccatum inclinatur; quæ cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed viriliter per Christi Jesu gratiam repugnantibus, non valet. Ita Concilium Trid. Sess. 5. de peccato originali n. 5.*

89. *Qui sunt supremi gradus peccantium?*

Eorum, qui scientes ac prudentes ex mera peccant malitia, (hf), qui etiam de peccato

88. Durch was für Staffeln werden wir zur Sünde geföhret?

Durch diese drey: durch die böse Einzebung, Belustigung, und Einwilligung, oder durch einen vorsäßlichen Willen zu sündigen (he).

So lehret der heil. Apostel Jakob 1, 14. (he): Ein jeder wird von seiner Begierlichkeit versucht, gelocket, und dahingerissen. Diese Versuchung aber ist noch nicht die Sünde selbst. Die Begierlichkeit, wenn sie empfangen hat, wenn zu ihr noch Belustigung kömmt, gebiert sie die Sünde; aber es ist noch keine Sünde, so lang du nicht merkst, daß diese Lust unzuläßig ist: wenn du aber siehest, daß sie dir verbotthen ist, und selbe doch noch unterhältst; alsdann gebiert die, durch die Einwilligung vollbrachte Sünde den Tod. Aus dem wird auch wider die Unkatholischen geschlossen, daß weder die Begierlichkeit, noch die unbedachtsame Bewegungen derselben schon Sünden seyn. Wenn also bisweilen die Begierlichkeit eine Sünde genannt wird, geschieht es darum, weil sie von der Sünde herkömmt, und zur Sünde geneigt macht: obwohl sie aber zum Streite übrig geblieben ist, kann sie doch denen nicht schaden, welche ihr nicht beystimmen, sondern durch die Gnade Jesu Christi ihr männlich widerstreben. Also der Kirchenrath von Trient in der 5ten Handlung von der Erbsünd n. 5.

89. Was für Sünder stehen auf dem höchsten Staffel der Bosheit?

Jene, die mit Wissen und Willen aus lauter Bosheit sündigen (hf); die sich auch

cato ipso gloriantur ; (hg) & qui bene momentibus obstrepunt , ac salutaria consilia prorsus contemnunt (hh).

(hf) Ut olim Judæi : quibus Christus Joan. c. 15. v. 22. *Si non venissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* (hg) Tam impios existere homines, persuadet ipse S. Spiritus, qui lætantur, cum malefecerint; & exultant in rebus pessimis, horum via perversa sunt, & infames gressus eorum Proverb. c. 2. 14. 15. (hh) ut illi Act. c. 7., quibus Stephanus v. 51. ait: *Dura cervice, & incircumcisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui Sancto resistitis.* Hujusmodi peccatoribus inclamat Christus, quod olim Saulo Act. c. 9. v. 4. 5.: *Saule! Saule! quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare.*

### 90. *Quare peccatum fugiendum?*

Quia Dominum Deum offendit, (hi) summum bonum eripit, (hk) & summum affert malum peccanti; (hl) dum divinam tollit fruitionem nunquam recuperandam, (hm) & pœnas, ærumnasque homini accersit sempiternas (hn).

(hi)



sogar der Sünden rühmen (hg), denen, von welchen sie zum Guten ermahnet werden, widerstreben, und alle heilsame Rathshe gänzlich verachten (hb).

(hf) So thaten vor Zeiten die Juden, von welchen Christus sagt Joh. 15, 22.: Wenn ich nicht gekommen wäre, und ihnen zugeredet hätte, so hätten sie keine Sünde: nun aber haben sie keine Entschuldigung für ihre Sünde. (hg) Daß es solche Bösewichte gebe, versichert uns der heil. Geist in den Sprichw. 2, 14. u. 15. welche sich freuen, wenn sie Böses gethan haben, und zu den größten Lastern frolocken. Derer Wege verkehret, und derer Gänge ehrlos sind. (hb). Wie jene, zu welchen Stephanus sagte (Apostelg. 7, 51.): Ihr Hartnäckige, und Unbeschnittene an Herzen und Ohren! ihr widerstretbet allzeit dem heiligen Geiste. Dergleichen Sündern schreyt Christus zu, was er einstens dem Saulus zuschrye (Apostelg. 9. 4. 5.): Saul! Saul! was verfolgest du mich? Es fällt dir selbst schwer, wider den Stachel auszuschlagen.

90. Warum soll man die Sünde meiden?

Weil sie Gott den Herrn beleidiget (hi), den Sünder um das höchste Gut bringt (hf), und in das größte Uebel stürzet (hl); da sie den Menschen des Genusses und der Anschauung Gottes unwiederbringlich beraubet (hm), und ihm ewige Peinen und Trangsälen über den Hals zieht (hn).

(hi) Igitur Deus non vult peccata, ut Calvinus Sectatores docent, sed ea tantum permittit: *Non Deus volens iniquitatem tu es.* Psal. 5. v. 5. Explicetur hic, quanta sit malitia, *offendere Dominum Deum suum.* (hk) Nempe gratiam sanctificantem, adoptionem in Filium Dei; merita præcedentia omnia: *Omnis, qui facit peccatum, servus est peccati. Vos ex patre diabolo estis.* Joan. c. 8. v. 34. 44. *Si justus averterit se a justitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes justitiæ ejus, quas fecerat, non recordabuntur.* Ezech. c. 18. v. 24. (hl) Etiam temporale, *miseros enim facit populos peccatum,* Prov. c. 11. v. 34. (hm) Quia *clausa est janua cæli,* nunquam amplius aperienda; postquam Christus dixerit Matth. c. 25. v. 10. 12. *Amen dico vobis, nescio vos.* (hn) Ita decidit Christus ipse, *Et ibunt hi (peccatores) in supplicium æternum.* Matth. c. 25. v. 46.

### 91. Quæ dicuntur peccata capitalia?

Illæ, ex quibus veluti capitibus, & fontibus, omnia alia peccata proficiuntur.

### 92. Quot sunt peccata capitalia?

Septem: Superbia (ho), Avaritia (hp), Luxuria (hq), Invidia (hr), Gula (hs), Ira (ht), Acedia (hu).

(ho)

- (hi) Gott will also die Sünden nicht, wie Calvins Anhänger lehren, sondern läßt sie nur zu: Du bist kein Gott, der die Ungerechtigkeit liebt (Psalm. 5, 5.). Da erkläre man, welche eine große Bosheit es sey, seinen Gott und Herrn zu beleidigen. (hf) Sie bringt ihn nämlich um die heiligmachende Gnade, um die Aufnahme zu einem Kinde Gottes; um alle vorher erlangte Verdienste. Wer immer sündigt, ist ein Knecht der Sünde. . . Euer Vater ist der Teufel, sagt Christus von den verstockten Juden. Joh. 8, 34. 44. Wenn sich der Gerechte von seiner Gerechtigkeit abwendet, und Böses thut; so wird an alle seine Gerechtigkeit, die er gethan hatte, nicht mehr gedacht werden. Ezechiel 18, 24.
- (hl) Sogar auch in das Zeitliche, denn die Sünde machet die Völker elend. Sprüchw. 14, 34.
- (hm) Weil die Himmelsthür geschlossen ist, und nermal mehr wird gedffnet werden; nach dem Christus gesagt hat Matth. 25. 10. 12.: Wahrlich sage ich euch, ich kenne euch nicht.
- (hn) Hierüber haben wir den Ausspruch Christi: Diese (die Sänder) werden in die ewige Pein eingehen, Matth. 25, 46.

91. Welche werden Haupt- oder Tod-sünden genannt?

Jene, aus denen, gleichsam als aus Hauptquellen, alle andere Sünden entspringen.

92. Wie viel sind Tod- oder Haupt-sünden?

Sieben: Hoffart (ho), Geiz (hp) Unkeuschheit (hq), Neid (hr), Graß und Böslichkeit (hs), Zorn (ht) Trägheit (hu).

(ho) *Superbia* est inordinatus appetitus propriæ excellentiæ; peccatum grave est, cum quis se ex superbia non vult subicere Deo, ac Superiorum legibus: *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Jacobi c. 4. v. 6. Exemplo est *Lucifer*, Isaïæ c. 14. v. 11. 12. 13. 14. *Populus Israeliticus*, Jeremiæ c. 2. v. 20. (hp) *Avaritia* est inordinatus appetitus habendi temporalia: noxam lethalem contrahit, cum charitati Dei vel proximi graviter repugnat. *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli, & desideria multa, & inutilia, & nociva, quæ mergunt hominem in interitum, & perditionem.* 1. ad Timotheum c. 6. v. 9. Exemplo est *Judas*, qui vendidit Christum, Matth. c. 26. v. 15. c. 27. v. 5. (hq) *Luxuria* est inordinatus appetitus impuræ ac libidinose voluptatis, semper lethalis culpa, cum deliberate admittitur. *Scitote intelligentes, quod omnis immundus non habet hereditatem in regno Christi & Dei* ad Ephesios c. 5. v. 5. Exemplo sunt *Sodomitæ* Genes. c. 19. v. 24. Vide Q. 53. (hr) *Invidia* est tristitia de bono alterius: mortifera est, si charitati proximi graviter adversatur. *Qui in ruina latatur alterius, non erit impunitus.* Proverb. c. 17. v. 5. Exemplo sunt *Cain* Genes. c. 4. v. 5. 23. *Saul* 1. Reg. c. 18. v. 8. c. 31. v. 4. (hs) *Gula* est inordinatus appetitus cibi ac potus; ubi ebrietas deliberata, & est peccatum grave, & plurimorum peccatorum occasio. *Propter crapulam multi obierunt; qui autem abstinens est, adjiciet vitam.* Eccli. c. 37. v. 34. Exemplo sunt *Holofernes* & *Judith* c. 8. v. 6. & c. 13. v. 4. & 10. *Dives Epulo* Luc. 16. v. 19. 22. (ht) *Ira* immoderata cupiditas vindictæ. Gravis culpa est, cum gravem vindictam deliberate spirat.

(69)

Vir

(ho) Die Hoffart ist eine unordentliche Begierde nach persönlichen Vorzügen. Sie ist eine schwere Sünde, wenn man sich aus Hoffart Gott und den Gesetzen der Obern nicht unterwerfen will: Gott widersteht den Hoffärtigen, den Demüthigen aber giebt er seine Gnade, Jakob. 4, 6. Ein Exempel giebt Lucifer (Isaia 14. 11. u. f.), und das israelitische Volk (Jeremia 2, 20.). (hp) Der Geiz ist eine unordentliche Begierde nach zeitlichen Gütern: er ist eine Todsünde, wenn er der Liebe Gottes oder des Nächsten schwerlich widerstrebt. Die da verlangen reich zu werden, die gerathen in die Versuchungen und in den Fallstrück des Teufels; sie verfallen auf viele unnütze und schädliche Begierden, die den Menschen in das Verderben, und in die Verdammniß stürzen. (1. Timoth. 6, 9.) Ein Exempel giebt Judas, der Christum verkauft hat (Matth 26, 15. und 28, 5.) (hq) Die Unkeuschheit ist eine unordentliche Begierde nach unreiner und unkeuscher Lust; welche allzeit schwerlich andhaft ist, wenn man sie bedachtsam unterhält. Ihr sollt wissen, und wohl verstehen, daß kein Unreiner einen Erbtheil an dem Reiche Christi und Gottes haben werde (zu den Ephesern 5, 5.) Exempel geben die Sodomiten (1. B. Moys. 19, 24.) Sieh die 53. Frag. (hr) Der Neid ist eine Traurigkeit über das Wohlergehen des Nächsten. Er ist eine Todsünde, wenn er der Liebe des Nächsten schwerlich zuwider ist. Wer sich über eines andern Fall erfreuet, wird nicht ungestraft bleiben (Sprüchw. 17, 5.) Exempel geben Cain 1. B. Moysis 4, 5. 23., und Saul (1. Buch der Könige 18, 8. und 31. 4.) (hs) Fraß und Völlerey sind eine unordentliche Begierde nach Speis und Trank. Wenn die

*Vir iracundus provocat rixas; & qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum proclivior* Prov. c. 29. v. 22. Exemplo sunt Aman, Estheris c. 3. v. 5. &c. c. 7. v. 10. Herodes, Matth. c. 2. v. 16. (hu) *Acedia* est remissi animi languor ad bene operandum; tum mortalis est, cum opus sub gravi præceptum negligit. Exemplo est Episcopus Ecclesiæ Laodicæ, cui Christus Apocal. c. 3. v. 15. 16. ait: *Scio opera tua, quia nec frigidus es, neque calidus; sed quia tepidus es, incipiam te vomere ex ore meo.*

93. *Qua ratione vitari & vinci hæc peccata possunt?*

Si Jesu Christi gratiæ cooperemur, peccatorum damna & pericula considerantes, & virtutes septem his peccatis contrarias exercentes (hx).

Docemur hic I. habere nos in statu naturæ lapsæ, ac per Christum reparatæ liberum arbitrium, quod a gratia Christi adjutum potest vitare peccata

Trunkenheit vorzüglich ist, ist sie eine schwere Sünde, und giebt zu sehr vielen Sünden Anlaß. Durch die Unmäßigkeit sind sehr viele Leute gestorben; wer aber mäßig lebet, der wird sein Leben verlängern. (Sirach 37, 34.)

Exempel geben Holofernes und Judith (8. 6. u. f. und 13. 4. 10.), wie auch der reiche Prasser Luk. 16, 19. 22. (ht) Der Zorn ist eine unmäßige Begierde nach Rache. Er ist eine schwere Sünde, wenn er nach einer schweren Rache bedachtsam trachtet. Ein Zornmüthiger Mensch erwecket Zank; und wer sich leichtlich zum Unwillen bewegen läßt, der wird zum Sündigen geneigter seyn, (Sprüchw. 29, 22.)

Exempel geben Aman (Esther. 3, 5. u. f. wie auch 7, 10.) Herodes (Matth. 2, 16. (hu)) Die Trägheit ist eine gewisse Unlust einer lauen Seele Gutes zu thun. Sie ist alsdann eine schwere Sünde, wenn man das versäumt, was schwerlich gebothen ist. Ein Exempel giebt der Bischof der Kirche zu Laodicea, zu dem Christus (Offenbar. 3, 15. 16.) sagt: Ich weiß deine Werke, und daß du weder kalt noch warm bist; weil du aber lau bist, so will ich anfängen, dich aus meinem Munde auszuspeyen.

### 93. Wie kann man diese Sünden meiden und überwinden?

Wenn wir der Gnade Jesu Christi mitwirken; Schaden und Gefahren, in welche uns die Sünden bringen, wohl bedenken, und die sieben Tugenden üben, die diesen Sünden entgegen gesetzt sind (hr).

Man lehret uns da I. daß wir auch nach dem Falle Adams, in dem Stande, in den uns die Erlösung durch Christum gesetzt hat, einen freyen

cata, virtutes ad beatitudinem æternam salutaris exercere, vel non exercere, prout homo voluerit. 1. Quia Deus jubet declinare a malo, & facere bonum; hoc suadet, hortatur &c., igitur ea omnia debemus posse aut facere aut non facere. Vide Q. 41. 2. Ita Scriptura sacra clavis verbis docet, Ecclesiastici c. 31. v. 10. *erit illi gloria æterna, qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit.* Eadem ratione innixus Josue c. 24. v. 15. adhortatur populum: *Optio vobis datur, eligite hodie, quod placet, cui servire potissimum debeatis: utrum diis, an Deo vero? Ego & domus mea serviemus Domino.* Cum igitur quandoque dicitur, nos nihil posse salutare agere; sensus est, quod sine gratia Christi nihil possumus; vide Q. 83. Docemur II. non solum gratiam agere omnia, sed & nos gratiæ cooperari: sic Paulus ad Philippenses c. 4. v. 13. ait: *Omnia possum in eo, qui me confortat, non ego autem solus, nec gratia sola, sed gratia Dei mecum* 1. Cor. c. 15. v. 10. Ita definiuit Concilium Trid. Sess. 6. de justific. Can. 4. 5. Docemur III. contra Jansenistas, dari gratiam sufficientem, cui possumus non cooperari, ut fecerunt Judæi illi Act. c. 7., *qui Spiritui Sancto semper resisterunt.* Vide Q. 89. Exemplo simul & argumento sit 1. Populus Israeliticus, cui Deus Isaïæ c. 5. v. 5. ait: *Quid est, quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci? exspectavi, ut faceret uvas, & fecit labruscas.* 2. Hierosolyma, cui Christus Matth. c. 23. v. 37. ait: *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluiti?*



Willen haben. Daß dieser freye Wille durch die Gnade Christi die Sünden meiden, die zum ewigen Heile dienlichen Tugenden üben oder nicht üben könne, nachdem der Mensch selbst will, oder nicht. 1. Denn Gott befiehlt uns das Böse zu meiden, und das Gute zu thun: er giebt uns Rärhe und Ermahnungen, so müssen wir also dieß alles thun oder nicht thun können. S. Fr. 41. 2. dieß ist die deutliche Lehre der heil. Schrift: Ewig soll der Mann gerühmet werden, der übertreten konnte, und doch nicht übertat; der Böses thun konnte, und doch nicht that, Sirach 31, 10. Nach dem nämlichen Grundsatz spricht Josue 25, 15. den Israe- liten zu: Man läßt euch die Wahl; wäh- let heut, was euch gefällt, wem ihr vor allen andern dienen wollet: den Göttern, oder dem wahren Gott? Ich und mein Haus, wir wollen dem Herrn dienen. Wenn dann bisweilen gesagt wird, wir können nichts heilsames wirken, versteht es sich, daß wir ohne Gnade Christi nichts können. Sieh die 83. Frag. Man lehret uns II. die Gnade thue nicht alles allein, sondern wir wirken auch mit der Gnade. Also sagt Paulus zu den Philip- pern 4, 13.: Ich vermag alles in dem, der mich stärket; nicht aber ich allein, noch die Gnade allein, sondern die Gnade Gottes mit mir (1. Corinth. 15, 10.). Also hat es auch erklä- ret der Kirchenrath von Trient in der 6ten Hand- lung, von der Rechtfertigung am 4. und 5. Satz. Man lehret uns III. wider die Jansenisten, es gebe eine genugsame Gnade, welcher man zwar mitwirken kann, aber doch nicht mitwirkt; wie es gethan haben die Juden, welche (Apostelg. 7, 51.) dem heiligen Geiste allzeit wider- strebten. Sieh die 89. Frag. Die besten Beweise  
hievon

94. *Quæ virtutes peccatis capitalibus  
adversantur?*

Hæ septem: Humilitas (*hy*), Largitas (*hz*), Castitas (*ia*), Benignitas (*ib*), Temperantia (*ic*), Patientia (*id*), Devotio seu sedula pietas (*ie*).

(*hy*) *Humilitas* est virtus, qua quis ex sui cognitione sibi vilescit. *Humiliamini sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis.* 1. Petri c. 5. v. 6. Exemplo sit Christus, qui ubique villiora elegit; imo proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, ad Hebræos c. 12. v. 2. (*hz*) *Largitas* est virtus ad liberas largitiones pecuniarum (& aliorum bonorum) sine spe retributionis inclinans. *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.* Paulus ad Galatas c. 6. v. 10. Exemplum de Nehemia Lib. 2. Esdræ c. 5. v. 10. &c. (*ia*) *Castitas* est virtus, qua quis ad omni carnis sorde incorruptus vivere studet, *sanctus corpore & spiritu,* 1. Corinth. c. 7. v. 34.

Pro

hievon geben uns folgende Beyspiele; 1. das Volk Israel, dem Gott durch den Proph. Isaias 5, 4. sagt: Was habe ich meinem Weinberge mehr thun sollen, das ich nicht gethan habe? Er hat wilde Trauben hervorgebracht, da ich erwartete, daß er gute Trauben hervor bringen sollte. 2. Die Stadt Jerusalem, zu der Christus sagte (Matth. 23, 37.): Wie oft habe ich deine Kinder versammeln wollen, wie eine Henne ihre jungen Hühlein sammelt unter ihre Flügel; und du hast nicht gewollt?

94. Welche Tugenden sind den Tod; oder Hauptünden entgegen gesetzt?

Diese sieben: Demuth (hy), Freygebigkeit (hz), Keuschheit (ia), Gutherzigkeit (ib), Mäßigkeit (ic), Geduld (id) Andacht, oder Aemsigkeit im Dienste Gottes (ie).

(hy) Die Demuth ist eine Tugend, durch die der Mensch sich selbst recht kennen, und gering schätzen lernt. Demüthiget euch unter der gewaltigen Hand Gottes, auf daß er euch zur Zeit der Heimsuchung erhöhe. (1. Petri 5, 6.). Zum Exempel mag uns Christus dienen, der überall das schlechtere wählte, welcher die Freude, die er genoß, verlassen, der Schande nicht achtete, und am Kreuze gelitten hat, Hebr. 12, 2. (hz) Die Freygebigkeit ist eine Tugend, welche uns geneigt gemacht, ohne Hoffnung des Ersatzes, Geld, und andere Güter freywillig auszuspenden. So lang wir Zeit haben, lasset uns jedermann Gutes thun, besonders aber den Glaubensgenossen. Paulus

Pro exemplo sint illi Apocalipseos c. 14. v. 3. 4. 5.: *Qui cum mulieribus non sunt coinquinati; virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum, quocumque ierit; sine macula enim sunt, Et cantant canticum novum, quod nemo potest canere, nisi illi casti.* (ib) *Benignitas est benevola voluntas suum cuique favens. Induite vos sicut electi Dei, sancti Et dilecti, viscera misericordiae, benignitatem* &c. Paulus ad Coloss. c. 3. v. 12. **EXEMPLUM** de *Jonatha* erga Davidem, Lib. 1. Reg. c. 18. v. 3. 4. c. 20. a v. 9. c. 23. v. 16. 17. (is) *Temperantia*, ut hic Gulæ opponitur, est virtus voluptatis, in usu cibi ac potus sitæ, moderatrix. *Sobrii estote*, 1. Petri c. 5. v. 8. **EXEMPLUM** de *Daniele*, qui c. 1. v. 12. 17. a jejunio factus est robustior ac doctior. (id) *Patientia* est virtus, qua occurrentia hujus mundi mala æquo animo sustinemus. *Discite a me, quia mitis sum*, ait Christus Matth. c. 11. v. 29. (ie) *Devotio* est voluntas prompta faciendi, quicquid ad Dei servitium pertinet. Exemplo fir Paulus 2. ad Corinth. c. 5. v. 9. 14.: *Contendimus placere illi; charitas enim Christi urget nos.*

lus zu den Galatern 6, 10. Ein Exempel giebt Nehemias 2. Esdrá 5, 10. u. f. (ia) Die Keuschheit ist eine Tugend, kraft welcher man sich befließt, von aller Unreinigkeit des Fleisches unversehrt zu leben, heilig am Leibe und Geiste, (1. Corinth. 7, 34.). Ein Exempel geben jene Unschuldigen in der heimlichen Offenbar. 14, 3. 4. 5. die mit Weibern nicht sind beslecket worden; denn sie sind Jungfrauen. Diese folgen dem Lamme, wo es hingehet; denn sie sind ohne Makel, und singen ein neues Lied, das niemand singen kann als allein sie, die Keuschen. (ib) Die Gutherzigkeit ist eine Tugend, die allen Gutes will, und einem jeden das Seine gönnet. Ziehet an, als Auserwählte, Heilige, und Geliebte Gottes, herzliche Erbarmung, Güte, u. s. w. Paulus zu den Coloffern 3, 12. Ein Exempel giebt Jonathas gegen den David (1. B. d. Könige 18, 3, 4. und 20, 9. u. f. wie auch 23, 16. 17.). (ic) Die Mäßigkeit (in so weit sie hier dem Fraße entgegen gesezt wird) ist eine Tugend, welche die unordentliche Begierde nach Speis und Trank in Schranken hält. Seyd nüchtern (1. Petri 5, 8.) Ein Exempel giebt Daniel 1, 12, u. 17. der vom Fasten stärker und weiser geworden ist. (id) Die Geduld ist eine Tugend, durch welche wir jene Uebel, so in dieser Welt vorfallen, gelassen übertragen. Lernet von mir, denn ich bin sanftmüthig, sagt Christus Matth. 11, 29. (ie) Die Andacht ist ein hurtiger Wille alles zu thun, was zu dem Dienste Gottes gehret. Ein Exempel giebt Paulus 2. Corinth. 5, 9. 14. Wir befließen uns, daß wir ihm wohlgefallen; denn die Liebe Christi dringet uns.

95. *Quæ peccata in Spiritum sanctum committi dicuntur?*

Ea, quæ sua malitia sic divinam excludunt gratiam, ut *neque in hoc sæculo*, nisi ægre admodum, *neque in futuro remittantur*, Matth. c. 12. v. 32.

96. *Quot sunt peccata in Spiritum Sanctum?*

Sex: Præsumptio de misericordia Dei, vel impunitate peccati, (*if*) desperatio, (*ig*) agnitæ veritatis impugnatio (*ih*), fraternæ charitatis invidentia, (*ii*) obstinatio, (*ik*) & impœnitentia (*il*).

(*if*) Cum ideo peccas fidentius, quod scias te facile veniam impetrare posse. *Ne dicas: Misericordia Domini magna est; multitudinis peccatorum meorum miserabitur; misericordia enim & ira cito proximant; & in peccatores respicit ira ejus.* Ecclesiasticus c. 5. v. 6. 7. (*ig*) Cum vel de gratia Dei ad emendationem, vel de venia peccatorum, & salute spem abjicis, ut *Cain* Genesis cap. 4. v. 13. (*ih*) Cum veritatem Catholicam ab Ecclesia, vel aliis propositam contemnis, oppugnans, ut fecit *Elymas* Magus, Act. cap. 13. v. 8. 10., item illi, qui nolunt convinci, ut credant, certa vitia esse peccata lethalia, abominanda &c. (*ii*) Cum tristis

95. Welche nennet man Sünden in den heiligen Geist?

Jene, welche durch ihre Bosheit die Gnade Gottes dermassen ausschließen, daß sie weder in dieser Welt, ausgenommen sehr schwerlich, noch in jener nachgelassen werden. Matth. 12, 32.

96. Wie viel sind Sünden in den heiligen Geist?

Sechs: Vermessentlich auf Gottes Barmherzigkeit, oder auf die Nachlassung der Strafe sündigen (if) an der Barmherzigkeit Gottes verzweifeln (ig); der erkannten Wahrheit widerstreben (ih); seinem Bruder um der göttlichen Gnade willen neidig seyn (ii) ein verstocktes Herz haben (ik); und in der Unbußfertigkeit verharren (il).

(if) Wenn man deswegen leichter sündigt, weil man weiß, man könne leicht Verzeihung erlangen. Sage nicht: des Herrn Erbarmung ist groß; er wird die Menge meiner Sünden gnädiglich verzeihen; denn er kann bald so zornig werden, als gnädig er ist; und sein Zorn schiebt auf die Sünder. (Strach 5, 6. 7.) (ig) Wenn man keine Hoffnung mehr schöpfen will, entweder die zur Besserung nöthige Gnade, oder die Verzeihung der Sünden, und das Heil zu erlangen; wie Cain (1. Buch Mose. 4, 13.) (ih) Wenn man die von der Kirche oder von andern vorgetragene katholische Wahrheit verachtet, bestreitet, wie gethan hat

statis de gratia, aliisque Dei donis, quibus proximus est conspicuus; ut iterum *Cain*, iratus, *Quia Dominus respexit ad Abel, & ad munera ejus; ad Cain vero & munera illius non respexit*, Genesis cap. 4. v. 4. (*ik*) Cum quis bona aliorum monita, Dei illustrationes repellit, dicens cum illis Jobi cap. 21. v. 14.: *Recede a nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus.* (*il*) Cum quis proponit, se nolle peccata vitare, nec unquam poenitentiam agere: *Mors horum peccatorum pessima* Psal. 33. v. 22

97. *Quæ peccata in cælum clamare dicuntur?*

Quæ per se vehementer abominanda sunt, & aperte humanæ charitatis jura violant; unde vindictam clamare perhibentur, & horrendis sæpe modis in hac vita divinitus vindicantur.

98. *Quot sunt peccata in cælum clamantia?*

Hæc Quatuor; Homicidium voluntarium (*im*), peccatum Sodomiticum (*in*), oppressio pauperum, viduarum atque pupillorum (*io*), demum merces operariorum defraudata (*ip*).  
(*im*)



Elymas der Zauberer, (Apostelg. 13, 8. 10.); wie auch jene thun, die sich von der Schwere und Abscheulichkeit gewisser Laster nicht wollen überführen lassen. (ii) Wenn man traurig wird über die Gnade, und andere Gaben Gottes, welche an dem Nächsten hervorleuchten; wie abermal Cain, der sich erzürnte, daß Gott den Abel und seine Gaben gnädiglich ansah: den Cain aber, und seine Gaben nicht ansah. (1. Buch Mose. 4, 4.). (if) Wenn man anderer gute Ermahnungen, oder die Erleuchtungen Gottes verwirft, und mit jenen bey dem Job (21, 14.) spricht: Weich von uns, wir verlangen deine Wege nicht zu wissen. (il) Wenn einer den Vorsatz macht, die Sünden nicht zu meiden, und niemals Buß zu thun. Der Tod dieser Sünder ist der schlimmste. (Psalm. 33, 22.)

97. Welche nennet man Sünden, die in den Himmel schreyen?

Jene, die für sich selbst auf's höchste zu verfluchen sind, und handgreiflich die Gesetze der brüderlichen Liebe brechen, und umstossen. Daher sagt man von ihnen, daß sie auch um Rache schreyen, und öfters, noch in diesem Leben, von Gott erschrecklich gestraft werden.

98. Wie viel sind Sünden, die in den Himmel schreyen?

Vier: nämlich ein vorseßlicher Todschlag (im), die sodomitische Sünd (in), die Unterdrückung der Armen, Wittwen, und Waisen (io), und endlich die Entziehung

(im) Sic Deus ad Cain Genes. c. 4. v. 10. 11.:  
*Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris.* (in) Dixit Dominus Genes. c. 18. v. 20. *Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggravatum est nimis; ideo pluvia ignea ad ignes æternos detrusi sunt.* c. 19. v. 24. (io) *Vidua & pupillo non nocebitis; si laeseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego exaudiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus.* Exodi c. 22. v. 23. &c. (ip) *Non negabis mercedem operario, sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum quia pauper est, & ex eo sustentat animam, suam, ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.* Deutr. c. 24. v. 14. 15. Exemplum de Tobia c. 4. v. 15.

### 99. Quæ peccata dicuntur aliena?

Ea, quæ ab aliis quidem committuntur, sed nobis interim authoribus, vel quodquo modo adiutoribus, aut saltem non impedientibus, ut idcirco nobis etiam imputentur (iq).

(iq) *Ne communicaveris peccatis alienis.* Paulus 1. ad Timotheum c. 5. v. 22.

des Todeslohnes, den man den Tagelöhnern schuldig ist (ip).

(im) Also sagt Gott zum Cain (1. Buch Moys. 4, 10, 11.) die Stimme des Blutes deines Bruders schreyt zu mir von der Erde. Das her sollst du verflucht seyn. (in) Von diesem Laster sagt der Herr (1. Buch Moysis 18, 20.) Die Missethat der Sodomiter und Gomorrhiter ist so groß geworden, daß sie zu mir um Rache schreyt; daher sind sie durch einen feurigen Regen in das ewige Feuer gestürzt worden (19, 24). (io) Wittwen und Waisen sollet ihr keinen Schaden zufügen: wenn ihr sie aber beschädiget, so werden sie zu mir rufen, und ich will ihr Geschrey erhören, und mein Zorn wird ergrimmen (2. Buch Moys. 22, 23.). (ip) Du sollst dem Tagelöhner den Lohn nicht zurückhalten, sondern ihm an demselben Tage vor Untergang der Sonne seinen verdienten Lohn geben; denn er ist arm, und erhält damit sein Leben: auf daß er nicht wider dich zum Herrn schreye, und es dir zur Sünde gerechnet werde. (5. Buch Moys. 24, 14, 15.). Ein Exempel findet man bey Tobia 4, 15.

99. Welche Sünden nennet man fremde Sünden?

Jene, welche zwar von andern begangen, jedoch auch uns benagemessen werden, weil wir entweder selbe verursacht, oder dazu einigermassen geholfen, oder doch selbe nicht verhindert haben (iq).

(iq) Mache dich fremder Sünden nicht theilhaftig. Paulus 1. Timoth. 5, 22.

100. *Quot modis aliena peccata nobis imputantur?*

Novem his modis: Consilio (*ir*), jussione (*is*), consensu (*it*), irritatione (*iu*), laudatione (*ix*), reticentia culpæ alienæ (*iy*), conniventia vel indulgentia (*iz*), rei alienæ participatione (*ka*), & prava facti alieni defensione (*kb*).

- (*ir*) Si tui *suadeas* peccatum; ut *Achitophel* Lib. 2. Reg. c. 16. v. 23. & c. 17. v. 1. 2. &c. (*is*) Si alterum *jubeas* mentiri, pejerare, occidere &c. ut *Pharao* Exod. c. 1. v. 16. 22. (*it*) Si aliorum inique sententiæ *consentias*, (sicut *Saulus erat consentiens neci Stephani* Actor. 7. v. 59.), aut quovis modo in rebellionem, seductionem, aut alia peccata *conspires*. *Digni sunt morte, non solum, qui ea faciunt, sed etiam, qui consentiunt facientibus.* Paulus ad Roman. c. 1. v. 32. (*iu*) Cum alium ad iram, vindictam aut consimilia vitia provocas, ut uxor *Jobum* c. 2. v. 9. (*ix*) Cum nostra approbatione facimus, alter ut in pravo instituto *pergat*, sicut fecere *pseudopropheta Achabi*. 3. Reg. c. 22. (*iy*) Cum dictum, quod impedire & poteras, & debebas, tuum ob silentium aut fit, aut continuatur. *Si non annuntiaveritis ei, ut avertatur impius a via sua impia; ipse in iniquitate sua morietur; sanguinem autem ejus de manu tua requiram.* Ezechielis c. 3. v. 19. (*iz*) Cum superiores, qui autoritate sua vindicare scelera debent, ea impunita relinquentes, in pejus abire sinunt, ut *Heli* punitus Lib. 1. Reg. c. 3. v. 18.: *eoquod noverat, indigne agere filios suos, Et non corripuerit eos.* v. 13. (*ka*) Cum in partem lucri cum *futibus* venimus

mus

100. Auf wie vielerley Weise werden uns fremde Sünden angerechnet?

Auf neunernerley Weise: Nämlich durch Rathen (ir), Heißen (is), Einwilligen (it), Anreizen (iu), Loben (ix), Stillschweigen (iy), Uebersehen oder Verschonen (iz), Theil nehmen an fremdem Gute (ka), Vertheidigen (kb).

(ir) Wenn man zur Sünde rathet, wie Achitophel 2. Buch der Könige 16, 23. und 17, 1. u. f. (is) Wenn man einen andern heißt lägen, falsch schwören, tödten u. s. w. wie Pharaon 2. Buch Moys. 1, 16. 22. (it) Wenn man anderer ungerechten Urtheilen beyfällt, wie Saulus einwilligte in den Tod Stephani Apostelg. 7, 59., oder auf was immer für eine Weise mithält bey einer Aufruhr, Verführung, oder einer andern Sünde. Es sind des Todes würdig, nicht nur die solches thun, sondern auch die mit den Thätern einstimmen. Paulus zu den Römern 1, 32. (iu) Wenn man einen andern zum Zorne, zur Rache, und dergleichen Lastern anreizet; wie den Job seine Frau, Job 2, 9. (ix) Wenn durch unser Gutheißen geschieht, daß ein anderer im Bösen fortfährt. Wie geschah, durch die falschen Propheten Achabs, 3. Buch der Könige 22. Kap. (iy) Wenn eine Sünde, die wir verhindern können und sollen, wegen unserm Stillschweigen geschieht, oder fortgesetzt wird. Wenn ihr es dem Gottlosen nicht saget, daß er von seinem gottlosen Weg abstehe; so wird der Gottlose selbst in seiner Missethat sterben; seine Seele aber will ich von euren Sünden fodern. Ezechiel 3, 18. (iz) Wenn die Vorgesetzten,

mus, vel, quæ alter abstulit, una consumendo vel quocunque alio modo participando. Sic filii Achan interiere, Josue c. 7. v. 24. (*hb*) Cum pravum alterius aut dictum aut factum excusas, defendis &c. *Væ vobis, qui dicitis malum bonum, & bonum malum,* Isaie c. 5. v. 20.

### 101. *Quæ dicuntur opera carnis?*

Ea, quæ homines secundum carnem viventes, & a Dei filiis spiritualibus degenerantes, committere solent.

### 102. *Quæ sunt opera carnis?*

Paulus ea recenset in hanc modum: *Manifesta sunt opera carnis; quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, invidia, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia; quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non consequentur,* ad Galat. c. 5. v. 19. Vide Q. 53.

103.

welche mit ihrem Gewalt und Ansehen die Laster tilgen sollten, selbe ungestraft hingehen, und noch ärger werden lassen, wie Seli, der darum gestraft worden; 1. **Wort** der Könige 3, 18.: Weil er wußte, daß sich seine Söhne ärgerlich aufführten, und sie doch nicht abgestraft hat (Fa). Wenn man vom gestohlenen Gute einen Theil von den Dieben annimmt, oder was sie gestohlen haben, mit ihnen verzehret, oder auf was immer für eine Weise sich des Diebstahls theilhaftig macht. Also sind die Kinder des Achan umgekommen, Josue 7, 24. (Fb) Wenn man entschuldiget, oder schützet, was ein anderer Böses geredet oder gethan hat u. s. w. Wehe euch, die ihr das Böse gut, und und das Gute böß heißet! **Isaia** 5, 20.

101. Welche nennet man Werke des Fleisches?

Jene, welche die, so nach dem Fleische leben, und aus der Art geistlicher Kinder Gottes schlagen, zu vollbringen pflegen.

102. Wie viel sind Werke des Fleisches?

Paulus erzählet sie auf folgende Weise: Die Werke des Fleisches sind offenbar: als da sind Hurerey, Unlauterkeit, Unzucht, Geilheit, Götzendienst, Zauberey, Feindschaft, Zank, Haß, Hader, Uneinigheit, Partheyen, Neid, Todschlag, Trunkenheit, Prasserey, und was dergleichen mehr; davon ich euch vorsage, wie ich es auch schon vorgesagt habe, daß jene, die solche Dinge thun, das Reich **Got.**

103. *Estne satis Christiano malum fugere,  
& a peccato declinare?*

Nequaquam, sed præterea bonum agere, & virtutes exercere necesse est, (hc) alioquin *scienti bonum, & non facienti peccatum est illi* Jacob. c. 4. v. 17.

I. *Ad primam justificationem* necesse est, (hc) ut peccator adultus, gratiæ prævenienti cooperans, se per virtutes disponat ad justificationem: *Convertimini ad me, & convertar ad vos.* Zachariæ c. 1. v. 3. Preparare se autem debet 1. Per fidem, ex Apostolo ad Hebræos c. 11. v. 6. 2. Per spem, qua confidat, Deum sibi per Christum fore propitium. 3. Per contritionem, qua detestans peccata (vel ob purum amorem Dei, vel ob inferius motivum supernaturale) proponit emendationem. Ezech. c. 18. v. 21. Tandem 4. per susceptionem Sacramentorum præscriptorum Q. 68. & 76. Ubi virtutes præviæ justificationi primæ, sunt tantum *dispositiones*; causa *efficiens* justificationis est solus Deus; *meritoria* Jesus Christus; *instrumentalis* Sacramenta; *finalis* causa est gloria Dei & Christi, ac vita æterna; *formalis* est gratia sanctificans *per Spiritum Sanctum in cordibus nostris diffusa*. Rom. c. 5. v. 5. Ita Concil. Trid. Sess. 6. de justic. c. 7. Ruit igitur & doctrina Lutheri, & versio illius, Rom. c. 3. v. 24. hominem *justificari per fidem solam*, cui contradicit Jacobus cap. 2. v. 24. etiam in Bibliis Lutheri.



Gottes nicht erlangen werden. Galat. 5, 19). Sieh die 53. Frage.

103. Ist es genug, daß ein Christ das Böse lasse, und die Sünde meide?

Durchaus nicht: sondern man muß auch Gutes thun, und sich in Tugenden üben (Ec). Denn wer das Gute weiß, und es nicht thut, dem ist es Sünde. Gal. 4, 17.

I. Zu der ersten Rechtfertigung ist nothwendig (Ec) daß ein Sünder, der erwachsen ist, mit der vor kommenden Gnade mitwirke, und sich durch Übungen der Tugenden zu der Rechtfertigung vorbereite: Befehret euch zu mir, und ich will mich zu euch kehren. Zach. 1, 8. Er muß sich aber vorbereiten 1. durch den Glauben, wie der Apostel sagt zu den Hebräern 11, 6. 2. Durch die Hoffnung, und Zuversicht, daß ihm Gott durch Christum werde gnädig seyn. 3. Durch die Reue, mit der er die Sünden verflucht aus reiner Liebe Gottes, oder aus einer andern übernatürlichen Bewegursache; und einen Vorsatz macht sich zu bessern, Ezechiel 18, 21. Endlich 4. durch die Empfangung der vorgeschriebenen Sakramente. Sieh die 68, 76. Frage. Die vor der ersten Rechtfertigung vorangehenden Tugendsübungen sind nur Vorbereitungen; Gott allein ist die wirkende Ursache der Rechtfertigung; Jesus Christus hat sie verdient; die Sakramente sind die Werkzeuge dazu; die Absicht ist die Ehre Gottes und Christi; wie auch unsre ewige Seligkeit; die Form ist die heiligmachende Gnade, welche durch den heiligen Geist in unsern Herzen ausgegossen wird. Röm. 5, 5. Also  
der

104. *Quid boni faciendum est Christiano?*

In genere quidem, quidquid boni lex naturalis, divina vel humana præcipit vel ostendit: (*kd*) in specie vero pro sua quisque vocatione præstare officium, & acceptæ Dei gratiæ cooperari cum gratiarum actione debet: (*ke*) *Omnis enim arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur* (*kf*).

II. *Ad conservandam justitiam requiritur* 1. ut observes mandata Dei & Ecclesiæ, (*kd*) vide supra Q. 41. & 61. 2. Ut juxta vocationem suam quisque vivens, acceptis gratiis cooperetur, (*ke*) ne cum servo illo pigro Matth. c. 25. v. 30. in tenebras exteriores detrudatur. 3. Ut alias virtutes exercent. *Patientia vobis necessaria est, ut facientes voluntatem Dei reportetis promissionem.* Paulus ad Hebr. c. 10. v. 36. id quod confirmatur ex Matthæi c. 3. v. 10. (*kf*) *omnis arbor etc.*

der Kirchenthath von Trient in der 7. Handlung, von der Rechtfertigung, 7. Kap. Es fällt also dahin, Luthers Lehre und Uebersetzung jener Stelle zu den Römern 3, 24.: daß der Mensch durch den Glauben allein gerechtfertiget werde; diesem widerspricht Jakobus 2, 24. in Luthers Bibel selbst.

104. Was Gutes soll ein Christ thun ?

Ueberhauptß all das Gute, welches das natürliche, göttliche, oder menschliche Gesetz gebiethet, und vorschreibt (fd). Insonderheit aber muß ein jeder, seinem Berufe gemäß, seiner Pflicht und Schuldigkeit nachkommen, und der empfangenen Gnade Gottes dankbarlich mitwirken (fe). Denn ein jeder Baum, der nicht gute Früchte bringt, wird ausgehauen, und in das Feuer geworfen werden (ff).

II. Die Gerechtigkeit zu erhalten wird erfordert 1. daß man die Gebote Gottes und der Kirche halte (fd) Sieh oben die 41. und 61. Frage. 2. Daß ein jeder nach seinem Berufe lebe, und mit den empfangenen Gnaden wirke (fe), das mit er nicht mit jenem faulen Aeschte (Matth. 25, 30.) in die äußersten Finsternisse verstoßen werde. 3. Daß er andere Tugenden übe. Die Geduld ist euch vonnöthen, auf daß ihr durch Vollziehung des göttlichen Willens die Verheißung erlanget. Paulus zu den Hebräern 10, 36. welches auch bekräftiget wird durch jenes Matthäi 3, 10. (ff) Ein jeder Baum u. s. w.

105. *Quæ sunt præcipua bonorum operum genera?*

Ea, quibus sobrie, iuste, pieque vivitur in hoc sæculo, & per quæ itidem iusti magis magisque justificantur, & Sancti in dies sanctificantur (kg).

III. (kg) *Ad augendam justitiam requiruntur iterum bona opera: Satagite Fratres, ut per bona opera &c. Vide Q. 22. & qui iustus est, justificetur adhuc; & Sanctus sanctificetur adhuc; Apocalyp. c. 22. v. 11. sicut enim iniustitia per peccata augetur nostra, ex eodem versu; ita & justitia nostra, ex gratia Christi acquisita, per virtutes ac bona opera augetur. Sic Concil. Trid. Sess. 6. de justific. Can. 24. EXEMPLUM de Abrahamo, qui jam iustus Gen. c. 12. v. 2. 4. Hebr. c. 11. v. 8. tamen c. 15. v. 6. iterum justificatus, ac teste Jacobo c. 3. v. 21. ex operibus justificatus fuit (h. e. justificationem priorem auxit) cum offerret Isaac filium super altare.*

106. *Quotuplicia sunt hæc bonorum operum genera?*

Triplicia: Utpote Jejunium, Eleemosyna seu misericordia, & Oratio; de quibus ita legi-

105. Was für Arten der guten Werke sind die vornehmsten ?

Gene, kraft welcher man nüchtern, gerecht und gottselig in dieser Welt lebet; und wodurch auch die Gerechten immerfort gerechter, und die Heiligen von Tage zu Tage heiliger werden. (Eg).

III. Um die Gerechtigkeit zu vermehren, muß man gute Werke üben. Beleiſet euch ihr Brüder, daß ihr durch gute Werke u. s. w. Sieh die 22. Frag. Wer gerecht ist, der werde noch gerechter; und wer heilig ist, der werde noch heiliger, Offenbar. 22, 11. Denn gleichwie die Ungerechtigkeit durch unsre Sünden vermehret wird (aus eben der Stelle); also wird auch unsre Gerechtigkeit, die wir aus Christi Gnade erlanget haben, durch Tugenden und gute Werke vermehret. Also sagt der Kirchenrath von Orient in der 6. Handlung, von der Rechtfertigung, 24. Regel. Ein Exempel giebt Abraham, der schon gerecht war (1. B. Moys. 12, 2. 4. und in den Hebräern 11, 8.), doch wieder gerechtfertiget ward (1. Buch Moys. 15, 6.); und zwar nach dem Zeugnisse Jakob (3, 21.) aus seinen Werken gerechtfertiget ward (das ist, die erste Gerechtigkeit vermehrte), da er seinen Sohn Isaak auf dem Altare schlachtete.

106. Wie viel sind Arten der guten Werke ?

Drey: Nämlich Fasten, Almosen geben, oder barmherzig seyn, und Betben. Von wel-

legimus : *Bona est oratio cum jejuniis , & elemosyna.* Tobiae cap. 12. v. 8.

I. Opera bona ad salutem sunt necessaria ; quia *fides sine operibus mortua est*, Jac. c. 2. v. 26. II. Ut autem opera bona , aeterna beatitudine digna, possimus facere , 1. opus nobis est gratia Dei ; *sine me nihil potestis facere*, ait Christus. Joan. c. 15. v. 5. 2. Facere debemus illa , dum sumus in statu gratiae ; 3. libera voluntate ; 4. non ex naturali quodam aut inani fine , sed propter Deum maxime ; qui enim bene agunt , ut hominibus placeant , *repperunt mercedem suam*, nec a Deo quidquam possunt sperare. Matth. c. 6. v. 1. & c. it. v. 5. & 16.

### 107. *Quis est fructus bonorum operum ?*

Habent ea promissionem ac mercedem hujus ( *kh* ), & aeternae vitae ( *ki* ) : Deam placant , gratiam conservant ( *kk* ), & augment ( *kl* ), denique Christiani hominis vocationem certam faciunt , atque consummant, 2. Petri c. 1. v. 10.

Duo hic dicuntur. I. Confirmantur dicta Q. 104. & Q. 105. , nempe quod bona fidei opera internam justitiam augeant , ( *kh* ) sic Paulus 1. ad Tim. c. 4. 8. *Pietas ad omnia utilis, promissionem habens vitae, qua nunc est* ( gratiae sanctificantis, quae est vita animae ) *& futurae.* II. Quod opera bona fidelis justii mereantur etiam augmentum gloriae. ( *ki* ) quia haec Matth. c. 5. v. 12. *vocatur merces copiosa in caeli* pro operibus

welchen geschrieben steht: Das Gebeth mit Fasten und Almosen ist gut. Job. 12, 8.

I. Die guten Werke sind zur Seligkeit nothwendig: denn der Glaube ohne die guten Werke ist todt, Jak. 2, 26. II. Damit wir aber gute, zum ewigen Leben führende Werke thun können, müssen wir 1. die Gnade Gottes haben; ohne nich, sagt Christus, Könnet ihr nichts thun, Job. 15, 5. 2. Müssen wir sie verrichten im Stande der Gnade; 3. mit freyem Willen; 4. nicht bloß auß natürlichen und eiteln Absichten, sondern vorzüglich wegen Gott: denn sucht man durch seine guten Werke nur den Menschen zu gefallen, so hat man seinen Lohn schon empfangen, und von Gott nichts mehr zu hoffen. Matth. 6, 1. 10. 5. u. 16.

### 107. Was Frucht und Nutzen bringen die guten Werke?

Sie haben die Verheißung und den Lohn dieses (Kh) und des zukünftigen Lebens (Ki), versöhnen Gott, erhalten (Kk), und mehren die Gnade (Kl); und machen endlich den Beruf eines Christen gewiß und vollkommen. 2. Petri, 1, 10.

Da lehret man 2 Stücke. I. Wird bekräftiget, was oben in der 104ten und 105ten Frage gesagt worden, nämlich daß die innerliche Gerechtigkeit durch gute auß dem Glauben entspringende Werke vermehret werde (Kh). Also spricht Paulus 1. Timoth. am 4, 8.: Die Gottseligkeit ist zu allen Dingen nützlich, und es ist ihr sowohl dieses Leben (die heiligmachende Gnade, welche das Leben der Seele ist) als das zukünftige

tibus danda, inæqual's pro inæqualibus meritis. Sicut enim stella a stella differt in claritate; sic resurrectio mortuorum, 1. ad Corinthios cap. 15. v. 41. 42. Pro exemplo sit Parabola Lucæ 19., ubi qui decem mnas acquisivit, potestatem accepit super decem civitates; qui quinque, tantum super quinque &c.; ex quo patet inæquale præmium pro inæquali merito. Unusquisque enim propriam mercedem accipiet secundum laborem suum. 1. ad Corinth. c. 3. v. 8. Beatitudo tamen manet gratia, tum in radice, quia & prima justificatio fuit gratuita, & promissio tam ampli præmii pro operibus (quæ aliunde exigere Deus poterat) est liberalis. Si tamen jam agimus ea, pro quibus Deus promittit, se nobis daturum mercedem in cœlis, eam vi suæ promissionis dat ex justitia. (kk) vide Q. 104. (kl) vid. Q. 105. EXEMPLUM de Paulo 2. ad Timoth. c. 4. v. 8. : *Bonum certamen certavi : cursum consummavi, fidem servavi : in reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illo die justus Judex; non solum autem mihi, sed & iis, qui diligunt adventum ejus.*



tige versprochen. II. Daß gute Werke eines gerechten Glaubigen auch einen Zuwachs der himmlischen Freude verdienen, (Fi) weil diese Freude (Matth. 5, 12.) eine häufige Belohnung im Himmel genannt wird, die für gute Werke gegeben, und nach ungleichen Verdiensten auch ungleich seyn wird. Denn wie die Sterne in der Klarheit von einander unterschieden sind; also wird es auch seyn in der Auferstehung der Todten, 1. Corinth. 15, 41. 43. Anstatt eines Exempels dient die Parabel Luk. 19, wo jener, der 10 Pfunde erworben hatte, über 10 Städte Gewalt bekommen hat; ein anderer aber nur über fünf, weil er nur fünf Pfunde erworben hatte; u. s. w. woraus ein ungleicher Lohn für ungleiche Verdienste sich sehen läßt. Denn ein jeder wird seine eigne Belohnung nach seiner Arbeit empfangen. 1. Corinth. 3, 8. Doch bleibt die Seligkeit eine Gnade, weil sowohl ihre Wurzel, nämlich die erste Rechtfertigung, von der Gnade kömmt; als auch das Versprechen eines so reichlichen Lohnes für Werke, die Gott schon sonst hätte fordern können, eine lautere Gnade gewesen ist. Nun aber, wenn wir das thun, wofür uns Gott einen Lohn im Himmel versprochen hat, giebt er diesen, kraft seines Versprechens, aus Gerechtigkeit. (Ff) Sieh die 104te Frage. (Fl) Sieh die 105te Frage. Ein Exempel giebt Paulus, der 2. Timoth. 4. 8. sagt: Ich habe einen guten Kampf gekämpft, den Lauf vollendet, Treu und Glauben gehalten, im übrigen ist mir die Krone der Gerechtigkeit vorbehalten, die der Herr als ein gerechter Richter an jenem Tage mir geben wird; nicht allein aber mir, sondern auch denen, die seine Zukunft leben.

108. *Quid est Jejunium?*

Est certis diebus juxta morem & præscriptum Ecclesiæ carnibus abstinere, & saltem unica cibi refectione in die contentum vivere frugalius; (*km*) sed si generatim hoc nomen accipias, jejunium est corporis quædam castigatio pie suscepta, ut vel caro spiritui subjiciatur, (*kn*) vel obedientia exerceatur, vel Dei gratia impetretur (*ko*).

(*km*) Vide Q. 62. num. II. & III. (*kn*) Exemplum hujus rei relinquit nobis Paulus, qui 1. Cor. 1, 24. Scribit: *Castigo corpus meum, Et in servitutem redigo &c.* (*ko*) Hujus nos certos reddit Exemplum Ninivitarum, qui Jonæ. c. 3, v. 7. jejunantes iram Dei placaverunt, v. 10.

109. *Quid est Oratio?*

Est mentis in Deum elevatio, per quam vel mala deprecamur; vel bona nobis, aliisque petimus, vel Deo benedicimus (*kp*).

(*kp*) Ut bona sit oratio, quid requiratur, v. Quæst. 23. III. Quemadmodum autem *Status gratia* ad bona opera requiritur generatim, ita etiam, ut bona sit oratio, necessarius est, quia *Deus peccatores non audit*, Joan. c. 9. v. 11., nisi cum veniam peccatorum orant, ut *Publicanus*, Luc.

## 108. Was ist, und heißt Fasten?

An gewissen Tagen nach Gebrauch und Anordnung der Kirche vom Fleischessen sich enthalten; auch des Tages nur mit einer Mahlzeit vergnügt seyn, und mäßiger leben (Fm). Im allgemeinen Verstand aber heißt Fasten so viel, als aus Andacht eine Kasteiung des Leibes auf sich nehmen, auf daß dadurch entweder das Fleisch dem Geiste unterworfen (Fn), oder der Gehorsam geübet, oder die Gnade Gottes erlangt werde (Fo).

(Fm) Ueber das Fasten s. 62. Fr. II. u. III. (Fn)

Hierinn hat uns Paulus ein Beyspiel gegeben, der im 1. Br. an die Korinther 9, 27. schreibt: Ich kasteie meinen Leib, und bringe ihn in die Dienstbarkeit. (Fo) Dafür steht uns das Beyspiel der Niniuiten, die durch ihr Fasten den Zorn Gottes wieder besänftigten. Jonas, 3.

## 109. Was ist das Gebeth?

Es ist eine Erhebung des Gemüthes zu Gott, wodurch wir entweder um Abwendung des Bösen bitten, oder Gutes für uns und andere begehren, oder Gott loben und benedenen (Fp).

(Fp) Was zu einem guten Gebethe erfordert werde s. 23. Fr. III. Wie aber überhaupt zu einem guten Werke der Stand der Gnade nöthig ist, so ist er auch zum Gebethe nöthig; weil Gott die Sünden nicht höret; Joh. 9, 31. als wenn sie um Verzeihung ihrer Sünden bitten.

Luc. c. 18. v. 13. Notandum præterea, quod distractiones involuntariæ, ut orantis exercent constantiam, ita & meritum augent, si ad eas surdus orationem pertextat suam. Quanta corporis orandum sit reverentia, Christus nobis exempla dedit, qui nunc *sublevatis in calum oculis*, nunc *positis genibus*, nunc *procidens in faciem suam*, nunc tacita, nunc elata voce magna oravit. Joan. c. 9. v. 1. Luc. c. 22. v. 4. Matth. c. 26. v. 39. & c. 27. v. 46.

110. *Quid est Eleemosina seu Misericordia?*

Est beneficium, quo alterius miseriæ ex commiserationis affectu subvenimus.

111. *Quotuplex est genus Eleemosinæ, seu Misericordiæ?*

Duplex: alia quippe sunt opera misericordiæ corporalia; alia vero spiritualia, quoniam vel ad corporalem, vel ad spiritualem miseriam proximi sublevandam spectant.

112. *Quot sunt opera Misericordiæ corporalia?*

Septem: Esurientes pascere, potum dare sitientibus, operire nudos, captivos redimere, ægros visitare, hospitio peregrinos suscipere (*kq*), mortuos sepelire (*kr*).

(*kq*)

wie der Publican, Luk. 18, 3. Noch ist zu merken, daß unfrenwillige Zerstreuungen, das Verdienst des Bethenden vermehren, indem sie seine Standhaftigkeit prüfen, wenn er ihnen nur kein Gehör giebt, und zu bethen fortfährt. Mit welcher Ehrerbietigkeit des Leibes man bethe müsse, hat uns Christus Beispiele hinterlassen, der bald mit gen Himmel erhobenen Augen, bald mit gebogenen Knien, bald auf seinem Angesichte liegend, bald stille, bald laut gebethet hat. Joh. 17, 1. Luk. 22, 41. Matth. 26, 39. und 27, 46.

**II. Was ist das Almosen, oder die Barmherzigkeit?**

Es ist eine Wohlthat, wodurch wir aus herzlichem Mitleiden andern in ihrem Elende, und ihrer Armseligkeit bespringen.

**III. Wie vielerley ist das Almosen oder die Barmherzigkeit?**

Zweyerley: denn einige sind leibliche, andere hingegen geistliche Werke der Barmherzigkeit; je nachdem man dem Nächsten in leiblichen oder geistlichen Nöthen aufzuhelfen suchet.

**II. Wie viel sind leibliche Werke der Barmherzigkeit?**

Sieben: die Hungerigen speisen, die Durstigen tränken, die Nackenden bekleiden, die Fremden beherbergen (Eg), die Gefangenen erledigen, die Kranken besuchen, die Todten begraben (Er).

an 317

R 5

(Eg)

(*ky*) Hæc qui fecerint, ad præmia æterna evocabuntur a Christo: *Venite*, dicet eis, *Venite benedicti Patris mei! possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare; sitivi, & dedistis mihi bibere &c. tum respondebunt ei justi, dicentes: Domine! quando te vidimus esurientem & pavimus te &c. & respondens Rex, dicet illis: Amen dico vobis, quæm diu fecistis unum ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis, Matth. 25, 34. Pœnam intentat iis, qui ea, cum possunt, proximo in necessitate non exhibent misericordiæ subsidia, a v. 41. (*kr*) Exemplo sit Tobias senior c. 1. v. 20. ideo exauditus a Deo, dum orabat, c. 12. v. 12.:*

### 113. Quot sunt opera Misericordiæ spiritualia?

Sunt & ipsa septem, uti: peccantes corrigere, ignorantes docere, dubitantibus recte consulere, pro salute proximi Deum orare, consolari mœstos, ferte patienter injurias, offensam remittere (*ks*):

(*ks*) Quantum anima præstat corpori, tantum hæc prioribus antecedunt. Ea Christus omnia illustriori Exemplo docuit. In Luca 6. 22. v. 61. corrigens

(Fq) Die dergleichen Werke thun, werden einst von Christo zur ewigen Belohnung berufen werden: Kommet, wird er ihnen sagen, Kommet her ihr Gebenedeyte meines Vaters! Besizet das Reich, welches euch von Anbeginn der Welt bereitet ist. Denn ich bin hungerig gewesen und ihr habet mich gespeiset; ich bin durstig gewesen, und ihr habet mir zu trinken gegeben; u. s. f. Als dann werden ihm die Gerechten antworten, und sagen: Herr! wann haben wir dich hungerig gesehen, und dich gespeiset? u. s. f. Und der König wird ihnen antworten, und sagen: Wahrlich sage ich euch, was ihr einem aus diesen meinen geringsten Brüdern gethan, das habt ihr mir gethan, Matth. 25, 34. Hingegen drohet er jenen die Strafe an, welche dem Nächsten in der Noth hätten barmherzige Hülfe leisten können, und es doch nicht gethan haben, vom 41. Verse an. (Fr) Ein Exempel giebt der ältere Tobias, 1, 20., dessen Gebeth deswegen von Gott erhört worden, 12, 12.

### 113. Wie viel sind geistliche Werke der Barmherzigkeit?

Gleichfalls sieben: Nämlich die Sünder strafen, die Unwissenden lehren, den Zweifelhaften recht rathen, um der Nächsten Heil Gott bitten, die Betrübten trösten, das Unrecht geduldig leiden, die Beleidigung nachlassen und verzeihen. (Es).

(Es) Diese sind um so viel vornehmer als die vorigen, so viel die Seele den Leib überrifft. Es hat sie Christus alle durch sein herrliches Beispiel

rigens Petrum. II. Joan. c. 20. v. 27. docens Thomam. III. Discipulis euntibus in Emaus recte consulens, Luca c. 24. v. 25. IV. Pro nobis oravit, Joan. c. 17. v. 9. V. Mœstos consolatus triennio prædicationis Act. c. 10. v. 38. VI. in passione. VII. In cruce, Luca c. 23. v. 34. orans pro inimicis.

114. *Quæ sunt virtutes omnium præcipuæ?*

Post Theologicas quidem illas, de quibus dictum est, Fidem, Spem Charitatem, præcipuæ sunt **Cardinales**, quæ Christianos comprimis decent.

115. *Quæ dicuntur Cardinales virtutes?*

Quæ tanquam fontes aliarum & cardines omnem honestæ vitæ rationem continent.

116. *Quot sunt virtutes Cardinales?*

Quatuor: Prudentia, (*kt*) Justitia, (*ku*) Temperantia, (*kx*) Fortitudo, (*ky*) quibus in Christo consequitur homo, ut providè, justè, temperate ac fortiter in omni vitæ degat, ac placeat Deo,

(*kt*)



spiel gelehret. I. Er strafte Petrum, der ihn verlängerte, Luk. 22, 61. II. Er belehrte den unwissenden Thomas, Joh. 26, 27, III. Den Jüngern, die nach Emaus giengen, gab er einen guten Rath, Luk. 24, 25 IV. Er bethete für uns Joh. 17, 9. V. Während 3 Jahre seines Predigtamtes tröstete er die Betrübten, Apostelg. 10, 38. VI. Er litt alles mit übermenschlicher Geduld. VII. Er bethete am Kreuze für seine Feinde, Luk. 23, 34.

114. Welches sind die vornehmsten Tugenden?

Nach den Theologischen Haupttugenden, davon oben ist Meldung geschehen, nämlich nach dem Glauben, der Hoffnung und Liebe, sind jene die vornehmsten, welche man Cardinales, Angeltugenden, nennet; die den Christen besonders wohl stehen.

115. Was für Tugenden nennet man Cardinales?

Jene, welche gleichsam die Quellen und Angel der andern sind, und selbe in sich enthalten und einschließen.

116. Wie viel sind dergleichen Tugenden?

Vier: Klugheit (Fr), Gerechtigkeit (Fu), Mäßigkeit (Fz), Starkmüthigkeit (Fy), wodurch der Mensch in Christo erlanget, daß er vorsichtig, gerecht, mäßig, starkmüthig sein ganzes Leben hindurch sich verhalte, und Gott-gefalle.

(Fr)

(*kt*) *Prudentia* est virtus, quæ secundum honesti rationem, quid expetendum, quidve fugiendum sit, homini præscribit. (*ku*) *Iustitia* suum cuique tribuit. (*kx*) *Temperantia* est virtus voluptatum carnis, quæ gustu tactuque percipiuntur, moderatrix. (*ky*) *Fortitudo* est virtus, qua labores, mortisque pericula, ubi res exigit, constanter & suscipiuntur, & perferuntur. Exemplo sit *David prudens* Lib. 1. Reg. c. 18. v. 14. 30. *Jusus* Lib. 1. Reg. c. 4. v. 9. 10. 12. *Temperans* Lib. 2. Reg. c. 23. v. 16. *Fortis* Lib. 1. Reg. c. 17. v. 45. &c.

### 117. Quæ dicuntur dona Spiritus Sancti?

Septem illa, quæ super Christum requievit Propheta testatur, (*kz*) & quæ ab ipso, ceu fonte omnis gratiæ in alios derivantur, (*la*) ut donum sapientiæ, donum intellectus, consilii, scientiæ, fortitudinis, pietatis ac timoris Domini.

(*kz*) *Isaias* c. 11. v. 1. (*la*) *De Spiritu suo dedit nobis*, 1. Joan. c. 4. v. 13.

### 118. Quænam illa, quæ fructus Spiritus vocantur?

Ea, quæ pii secundum spiritum viventes operantur, & per quæ spirituales a carnalibus dignoscuntur.

(Ft) Die Klugheit ist eine Tugend, welche dem Menschen nach den Regeln der Ehrbarkeit vorschreibt, was er wollen oder fliehen soll. (Fu) Die Gerechtigkeit giebt einem jeden das Seine (Fy). Die Mäßigkeit ist eine Tugend, welche die Lüste des Fleisches, die aus dem Geschmacke und Berühren entstehen, im Zaum hält (Fz). Die Starkmüthigkeit ist eine Tugend, durch welche man Arbeiten und Todesgefahren, wenn es die Sache fordert, standhaft auf sich nimmt, und überträgt. Ein Exempel giebt der Fluge, (1. Buch der Könige 18, 14. 30.), der gerechte (2. Buch der Könige 23, 16.), und der starkmüthige (1. B. der Könige 17, 45. u. f.) David.

117. Welche werden die Gaben des heiligen Geistes benamset?

Jene sieben, von welchen der Prophet bezeuget, daß sie auf Christo geruhet haben (Fz), und welche von ihm, als der Quelle aller Gnaden, in andere ausgegossen werden (Ia): nämlich die Gabe der Weisheit die Gabe des Verstandes, des Rathes, der Wissenschaft, der Stärke, der Gottseligkeit, und der Furcht Gottes.

(Fz) Psalms 17, 1. (Ia) Er hat uns seines Geistes theilhaftig gemacht, 1. Joh. 4, 13.

118. welche nennet man die Früchten des heiligen Geistes?

Jene, welche die Frommen, die nach dem Geiste leben, hervorbringen, und wodurch geistliche Menschen von fleischlichen unterschieden, und erkennet werden.

119. Wie

## 119. Quot sunt fructus Spiritus?

A Paulo Apostolo sic enumerantur: *Charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.* Ad Galatas c. 5. v. 22.

## 120. Quæ dicuntur Beatitudines Evangelicæ?

Hæ propter quas in Evangelio etiam hi, qui miseri prorsus ac infelices videntur, beati ac felices pronunciantur.

## 121. Quot sunt Evangelicæ Beatitudines?

Octo, quas ita Christus in Monte tradidit: I. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* II. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* III. *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* IV. *Beati, qui esuriunt, & sititent iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* V. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* VI. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* VII. *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* VIII. *Beati, qui persecutio-*

nem

119. Wie viel sind Früchten des heiligen Geistes?

Der heilige Apostel Paulus erzählt sie also: Liebe, Freude, Friede, Geduld, Langmuth, Güte, Freundlichkeit, Sanftmuth, Glaube, Eingezogenheit, Mäßigkeit, Bescheidenheit, Galat. 5, 22.

120. Welche werden die evangelischen Seligkeiten benamset?

Jene, wegen denen auch die, welche vor der Welt ganz arm, und unglücklich zu seyn scheinen, im Evangelio selig gesprochen werden.

121. Wie viel sind evangelische Seligkeiten?

Acht, welche Christus auf dem Berge also gelehret hat: I. Selig sind die Armen im Geiste; denn ihrer ist das Reich der Himmeln. II. Selig sind die Sanftmüthigen, denn sie werden das Erdreich besitzen. III. Selig sind die da weinen, und Leid tragen; denn sie werden getröstet werden. IV. Selig sind die hungrig und durstig sind nach der Gerechtigkeit; denn sie werden ersättiget werden.

nem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Matth. c. 5. a v. 3.

## 122. Quæ dicuntur Evangelica Consilia?

Videlicet illa, quæ per Evangelium non tanquam ad salutem necessaria, sed veluti suscipientibus magis expedita atque utilia, à Christo non præcipiente quidem, sed consulente proponuntur (*ib*).

(*ib*) Docemur hic, Deum, etsi plura exigere à nobis summo jure potuisset, multa tamen nobis reliquisse libera, quæ aut omittere citra præcepti violationem possimus, aut ad probandum liberaliorem in Deum amorem facere. Hujusmodi est: Votum, de quo Deut. cap. 23. v. 22. Deus dicit: *Si nolueris polliceri, absque peccato eris: quod autem semel egressum est de labiis tuis, observabis, sicut promisisti Domino Deo tuo*

den. V. Selig sind die Barmherzigen; denn sie werden Barmherzigkeit erlangen. VI. Selig sind, die eines reinen Herzens sind; denn sie werden Gott anschauen. VII. Selig sind die Friedsammen; denn sie werden Kinder Gottes genennet werden. VIII. Selig sind die Verfolgung leiden um der Gerechtigkeit willen; denn ihrer ist das Reich der Himmeln, Matth. 5, 3. u. s. f.

### 122. Was nennet man evangelische Rätze?

Jene, die im Evangelio nicht zwar als nothwendig zur Seligkeit vorgetragen werden, sondern als solche Dinge, welche denen, die selben wollen nachkommen, hierzu sehr beförderlich und nützlich sind; auch von Christo nicht als ein Geboth, sondern als ein Rath sind gegeben worden (Ib).

(Ib) Man lehret uns da, Gott hätte zwar mit größtem Rechte viel mehr von uns fordern können, doch habe er uns viele Stücke frey gelassen, die wir entweder, ohne ein Geboth zu übertreten, unterlassen; oder, unsere freygebige Liebe gegen Gott zu zeigen, thun können. Dergleichen ist ein Gelübb, von dem Gott sagt, 5. Buch Moys. 23, 22. : Willst du nicht geloben, so bist du ohne Sünde: was aber einmal gelobet

uo, & propria voluntate, & ore tuo locutus es. Et Paulus I. ad Corinth. c. 7. v. 25. ait: *De Virginibus præceptum Domini non habeo; consilium autem do, ut sim fidelis &c.*

### 123. Quot sunt Evangelica Consilia?

Principalia tria sunt, nimirum: Paupertas voluntaria, (*lc*) castitas perpetua (*ld*), & obedientia integra (*le*).

(*lc*) Paupertatem in N. T. suavit Christus Matth. c. 19. v. 21.: *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus (hoc certe plus est, quam cor non apponere divitiis; id quod præceptum est Psal. 61. v. 11.) & habebis thesaurum in caelo; & veni, sequere me.* 2. EXEMPLUM idem dedit: Qui cum dives esset, propter nos egenus factus est. 2. ad Corinth. c. 8. v. 9.; quem secuti primi Christiani Actor. c. 4. v. 34. 32.: *Vendentes afferbant pretium eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Nec quisquam earum aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* 3. Hos proxime imitantur Successores Religiosi.



lobet worden, das sollst du halten und thun, wie du Gott deinem Herrn verheissen, und freywillig mit deinem Munde geredet hast. So sagt auch Paulus 1. Corinth. 7, 25. : Von den Jungfrauen habe ich kein Geboth des Herrn : ich gebe aber einen Rath, um getreu zu seyn u. s. w.

### 123. Wie viel sind evangelische Ráthe?

Hauptfáchlich drey : Námlich die freywillige Armuth (Ic), die státe Keuschheit (Id), und der vollkommene Gehorsam (Ie).

(Ic) Die Armuth ríeth Christus im neuen Bunde Matth. 19, 21. : Willst du vollkommen seyn, geh hin, verkaufe alles, was du hast, und gib es den Armen (das ist gewiß mehr, als das Herz nicht an die Reichthümer hángen, welches gebothen wird in dem Psalm 61, 11.) : so wirst du einen Schatz im Himmel haben; dann komm, und folge mir nach. 2. Ein Exempel gab abermal Christus, der, da er reich war, um unser willen arm geworden ist. 2. Corinth. 8, 9. Ihm folgten die ersten Christen (Apostelg. 4, 34. 32.) : Denn alle, die Aecker oder Häuser hatten, verkauften sie, brachten den Werth der verkauften Güter, und legten ihn vor die Füße des Apostel. Keiner sagte von seinen Gütern, daß etwas davon sein wäre, sondern sie hatten alles unter sich gemein. 3. Diesen folgen am nächsten ihre Nachahmer, die Ordensgeistlichen.

II. (*Id*) *Castitatem perpetuam* 1. suavit Christus, quando Apostolis Matth. c. 19. v. 10. dicentibus: *Non expedit nubere*, assentiens ait v. 11.: *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est: igitur sunt, quibus in vera Ecclesia datum est, non nubere.* Idem clarissime Paulus 1. Corinth. c. 7. v. 38. docet: *Qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit; Et qui non jungit, melius facit.* 2. EXEMPLO prælucit Christus castorum Sponsus; Joannes uterque, Paulus 1. Corinth. c. 7. v. 8.: *Dico autem non nuptis Et viduis, bonum est illis, si sic permaneant, sicut Et ego.* Imo & reliqui Apostoli post vocationem dicunt Matth. c. 19. v. 27.: *Ecce nos reliquimus omnia Et c.* quibus Christus v. 29. *Omnis, qui reliquerit domum . . . aut uxorem propter nomen meum, centuplum accipiet, Et vitam aeternam possidebit.* 3. Hos sequuntur tum religiosi, tum reliqui Ecclesiae Ministri in Sacris constituti, ut, abdicatis saecularibus curis, Deo uni vacare possint: *Qui enim sine uxore est, sollicitus est, quae Domini sunt, quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore est, sollicitus est, quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, Et divisus est.* 1. ad Corinth. c. 7. v. 32, 33. Si quis tamen tentationes subinde patitur, oret cum Paulo 2. Corinth. c. 12. v. 7. & vires a Deo sufficientes accipiet.

III.

H. (1d) Die stäte Keuschheit rieth Christus Matth. 19, 10. Denn da die Apostel sagten: Es ist nicht gut heurathen; gab er ihnen seinen Beyfall, und setzte noch bey: Dieses fasset nicht jedermann, sondern die, denen es gegeben ist. Es giebt also einige in der wahren Kirche, denen es gegeben ist, daß sie nicht heurathen. Eben so lehret auch Paulus 1. Corinth. 7, 38.: Wer seine Jungfrau verheurathet, der thut wohl: wer sie aber nicht verheurathet, der thut besser. 2. Mit ihrem Exempel haben vorgeleuchtet Christus, der Bräutigam tausender Seelen; beyde Johannes, Paulus, der 1. Corinth. 7, 8. schreibt: Ich sage aber den Unverheuratheten, und Wittwen: es ist ihnen gut, wenn sie also bleiben, wie ich. Ja auch die übrigen Apostel, nachdem sie berufen waren, sprachen Matth. 19, 27.: Sieh! wir haben alles verlassen. u. s. w. Und Christus antwortete ihnen 29. v.: Ein jeder, der sein Haus... oder Weib um meines Namens Willen verlassen wird, der wird es hundertfältig bekommen, und das ewige Leben besitzen. 3. Diesen folgen nach sowohl die Ordensgeistlichen, als die übrigen Kirchendiener, die in höhern Weihen sind; auf daß sie, nach abgelegten zeitlichen Sorgen, Gott allein können abwarten: denn wer ohne Weib ist, der ist für dasjenige sorgfältig, was des Herrn ist; wie er Gott gefallen möge: wer aber ein Weib hat, der ist sorgfältig für dasjenige, was der Welt ist; wie er seinem Weibe gefallen möge; und er ist zertheilet. 1. Corinth. 7, 32, 33. Wenn aber einer bisweilen Versuchungen leidet, bethe er mit Paulo 2. Corinth. 12, 8. und Gott wird ihm genugsame Kräfte geben.

**III. (le).** Hanc integram voluntatis propriae abnegationem 1. suavit. Christus Matth. c. 16. v. 24. *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, Et tollat crucem suam, Et sequatur me.* 2. **EXEMPLO** est Christus, qui: per triginta annos erat subditus illis, Luc. c. 2. v. 51. nempe Mariae & Josepho; in passione vero factus obediens usque ad mortem, ad Philippenses c. 1. v. 8.; in Ethnicorum impetiis adorandam Patris divini voluntatem est executus. 3. Quam perfectam obedientiae formam primis statim saeculis imitati sanctiores Viri, religiosos coetus instituerunt, in quibus etiamnum innumeri, abnegata voluntate propria, Divinam ex illo, quem sibi Christi loco praepositum voverantur, agnoscetes, Christi obedientiam propius imitantur.

#### 124. Quae hominis novissima dicuntur?

Ea, quae homini ad extremum accidunt, ut mors (*lf*) Judicium (*lg*), Infernus (*lh*), & Coelestis Gloria (*li*), de quibus ita docet Sapiens: *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, Et in aeternum non peccabis.* Eccles. c. 7. v. 40.

Mor-

III. (le) Diese gänzliche Verläugnung des eigenen Willens hat Christus gerathen 1. Matth. 16, 24. : Wenn jemand mir nachfolgen will, der verläugne sich selbst und nehme sein Kreuz auf sich, und folge mir nach, 2. Ein Exempel hies von gab er uns selbst, indem er dreißig Jahre lang seinen Aeltern unterthänig war, Luk. 2, 51. In seinem Leiden aber war er gehorsam bis in den Tod, Philipp. 1, 8. ; und da er die Befehle der Heyden vollzog, that er den anbethungswürdigen Willen seines Vaters. 3. Dieser vollkommenen Art zu gehorsamen folgeten bald in den ersten Jahrhunderten heilige Männer, und richteten geistliche Gemeinden auf, in welchen noch heut zu Tage unzählbar viele mit Verläugnung ihres eigenen Willens den göttlichen Willen in den Befehlen des jenigen ansehen, den sie als einen Mann, der an Christi statt vorsteht, in Ehren haben; und also den Gehorsam Christi besser nachahmen.

#### II4. Welche sind die letzten Dinge des Menschen?

Es sind die, welche dem Menschen zum allerletzten widerfahren, als der Tod (lf), das Gericht (lg), die Hölle (lh), und das Himmelreich (li). Von welchen der weise Mann also lehret: In allen deinen Werken gedenke deiner letzten Dinge, so wirst du ewiglich nicht sündigen. Sirach 7, 10.

Mortem & Judicium Paulus nobis annunciat in Epist. ad Hebr. c. 9. v. 27. (lf) Statutum est hominibus semel mori, (lg) post hoc autem Judicium. (lh) Infernus est locus tormentorum. Luc. c. 16. v. 28. ubi vero igne damnati æternum sine fine cruciantur, de quo Servator ait: *Quorum ignis non extinguitur*, Marci c. 9. v. 44. Decretorium autem argumentum hujus doctrinæ est illud Matth. 25, 46.: *Et ibunt hi in supplicium æternum; justi autem in vitam æternam.* (li) Cœlum est Sedes beatorum, ubi post breves ærumnas gaudiis sempiternis fruuntur. Nam quod in præsentia est momentaneum & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. 2. Corinth. c. 4, v. 17.

Sors autem animæ post mortem hæc est. 1. Anima impii, quam mors in mortali peccato opprimit, statim ad inferos damnata, in communi resurrectione una cum corpore unito æternum cruciabitur. 2. Justus ab omni nævo jam satis perpurgatus a morte statim transit ad vitam. Joan. c. 5. v. 24. Id quod sequentibus ostenditur Exemplis. 1. Lazarus mendicus, mox ubi mortuus est, portatus est ab Angelis in sinum Abrahe. Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno, Luc. 16, 22. II. Latroni converso Christus dixit: *Hodie mecum eris in Paradiso*, Luc. c. 23. v. 43. III. Stephanus videns gloriam Dei, & Jesum stantem a dextris Dei, Act. c. 7. v. 55. dixit ad Jesum gloriosum, prius quam lapidibus obrueretur v. 58.: *Domine Jesu, suscipe spiritum meum.*

3. Quodsi

Tod und Gericht kündigt uns Paulus im Br. an die Hebr. 9, 27. an: Es ist beschlossen, (I) daß der Mensch einmal sterben, (Ig) dann aber gerichtet werden muß. (Ih) Die Hölle ist ein Ort, wo die Verdammten durch ein wahres Feuer ewig gequälet werden; durch ein Feuer, von dem Christus bey Mark. 9, 44. sagt, daß es nie erlöschen werde. Entscheidend beweiset diese Wahrheit jener Text Matth. 25, 46. Und diese (die Gottlosen) werden in die ewige Pein; die Gerechten aber ins ewige Leben eingehen. (Ii) Der Himmel ist der Sitz der Seligen, wo sie nach einem kurzen Leiden ewiger Freuden genießen. Denn unsere dermalige, augenblickliche und leichte Trübsal verschafft uns ein über die Maassen überwiegendes und ewiges Uebergewicht von Herrlichkeit im Himmel. 2. Corinth. 4, 17.

Das Schicksal der Seele nach dem Tode ist dieß:

1. Wenn sie der Tod in einer schweren Sünde überfällt; so wird sie alsobald zur Hölle verdammt; und alldort, nach der allgemeinen Auferstehung auch samt dem Leibe, ewig gepeinigt.
2. Scheidet sie aber im Stande der Gnade, und von allen Makeln gereinigt, vom Leibe; so gehet sie vom Tode alsogleich zum Leben über, Joh. 5, 24. Dieß zeigen folgende Beyspiele. I. Der arme Lazarus, sobald er gestorben, ward von den Engeln in die Schooß Abrahams getragen. Der Reiche hingegen wurde nach seinem Tode in die Hölle begraben, Luk. 16, 22. II. Zum bekehrten Schächer sagte Christus am Kreuze: Heute wirst du bey mir im Paradiese seyn, Luk. 23, 43. III. Stephanus sah bey seinem Tode die Herrlich:

3. Quodsi anima in statu gratiæ existens quidem, sed quibusdam levium peccatorum aspersa maculis, coram iudice divino comparet, ad ignem mittitur purgatorium, ubi tamdiu pati debet, dum tandem ab omnibus, vel levissimis peccatis, ut aurum in fornace, purgetur. Non enim intrabit in coelestem gloriam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, Et mendacium. Apoc. c. 21. v. 27. Sed ad inferos anima, levium tantum peccatorum rea, damnari non potest; locus itaque tertius esse debet, ubi poenas residuas luere, atque ita cœlo potiri possit, quem quidem locum *Purgatorium* dicimus. De eodem Paulus 1. Cor. c. 3. v. 12. &c. clare admodum loquitur: *Siquis superædificat super fundamentum hoc (fidem in Christum) aurum, argentum, lapides pretiosos; ligna, fanum, stipulam* (h. e. perfecta, vel imperfecta opera); *uniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim Domini (in particulari iudicio) declarabit, quia in igne revelabitur. Si cuius opus manserit, quod superædificavit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem salvus erit, sic tamen, quasi per ignem.* Quem locum Patres & doctores Ecclesiæ latinæ, imo & Concilium generale Florent. de igne purgatorio intelligunt. Præterea Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur, L. 2. Macchab. c. 12. v. 46.: at vero orare pro Beatis in cœlo supervacaneum, pro damnatis in inferis frustraneum est: ergo

in



lichkeit Gottes, und Jesum zur Rechten Hand Gottes stehen; zu dem er dann aufrief: Herr Jesu, nimm meinen Geist auf, Apostelg. 7, 55. und 58.

3. Kommt aber die Seele zwar im Stande der Gnade, aber noch mit einigen kleinen Makeln besiedet, vor ihren göttlichen Richter, so wird sie zum Fegfeuer verurtheilet, einem peinlichen Orte, wo sie so lange leiden muß, bis sie von allen, auch den geringsten Sünden, wie das Gold im Feuer rein geläutert ist. Denn nichts, was besiedet ist, nichts Abscheuliches, ja nicht eine Lüge kann in die himmlische Herrlichkeit eingehen; Offenbar. 21, 27. aber in die Hölle kann eine Seele wegen lässlicher Sünden doch auch nicht verstorben werden; so muß also ein dritter Ort seyn, wo sie die rückständigen Strafen noch büßen, und so den Himmel erwerben kann; und dieß ist das Fegfeuer. Paulus redet hiebon ziemlich deutlich im 1. Br. an die Corinth. 3, 12. 16.: Was jeder auf diese Grundfeste (den Glauben) bauet, Gold, Silber, Edelgesteine; oder Holz, Heu, Stroh (d. i. vollkommene oder unvollkommene Werke); wird eines jeden Werk offenbar zeigen. Der Tag des Herrn wird es entdecken (in dem sonderbaren Gerichte) und sein Feuer wird es aufklären. Wie eines jeden Werk beschaffen sey, wird das Feuer bewähren. Dessen Gebäude auf der Grundfeste unversehrt stehen bleibt, der wird belohnet werden. Dessen Werk aber verbrannt wird, wird Schaden leiden: er selbst zwar erwirbt das Heil, jedoch nicht anders, als wie durchs Feuer. Diese Stelle verstehen die

in loco quodam tertio, in purgatorio, existant animæ necesse est, quæ precibus nostris adjuventur. Quam quidem veritatem ipsi adeo Judæi jam cognoverunt; unde Judas Macchabæus *duodecim millia drachmarum argenti in sacrificium pro peccatis mortuorum obtulit, ibid. v. 42.*

O. A. M. D. G.



die Väter und die Lehrer der lat. Kirche, ja auch der Kirchenrath von Florenz vom Fegfeuer. Zudem ist es ein heiliger und heilsamer Gedanke für die Verstorbenen bethen, auf daß ihnen die Sünden vergeben werden, 2. Buch der Machab. 12, 46.; nun aber ist es un- nöthig für die Seligen im Himmel zu bethen, fruchtlos für die Verdammten in der Hölle: so müssen also in einem dritten Orte, im Fegfeuer, Seelen seyn, denen unser Gebeth zu statten kömmt. Eine Wahrheit, die schon die Juden erkannten; daher dann Judas der Machabäer für die Seelen der verstorbenen 12000 Drachmen Silbers opferte, ebend. v. 43.

A. B. C. C.



12



